

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

872 DA. BOX

No. 3505.



M. Tuscher fecit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

VIPERTVS
ſiue
Origines Ranzovianæ.

AD MAGNIFICVM ET NOBILISSIMVM VIRVM, DOMINVM HEINRICVM RANZOVIVM, Sereniſsimi Danorum Regis per Holſatiam & Ditmarſiam Legatum.

PETRI ALBINI NIVEMONTII.



VVITEBERGÆ.
TYPIS ZACHARIAE CRATONIS,
Anno M. D. LXXXVIII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

MAGNIFICO ET GENEROSO VIRO, SAPIENTIA, DOctrinæeruditione & virtute Clariſsimo, Domino HEINRICO RANZOVIO Sereniſsimi & potentiſsimi Regis Daniæ in Ducatibus Slesvvici Holſatiæ ac Ditmarſiæ VICARIO, Præfecto Segebergenſi, Do. in Bredenberga, Ranzouisholma, VVandesburgo, Tuſculabecano, Nuzcouia & Melbeca, Domino & Patrono ſuo colendo.

Dedicat

PETRUS ALBINUS Niuemontius.

Ioh. Frid. Noodt, Slesvic.
Ao. 1733.

DE

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

DE ILLVSTRI FAMILIA VVIPERTINA

Commentariolus:

Auctore Petro Albino Niuemontio.

FRatres fuerunt ex Teutonia oriundi, *Emelricus, Ditmarus & Herlibo.*

EMELRICVS Princeps fuit, ſeu, vt habet Chronicon Pegauienſe, Rex Teutoniæ, id eſt, Nordalbingiæ, vel, vt hoc tempore in vſu ſunt nomina, Holſatiæ, & adiacentium regionum, videlicet Ditmarſiæ, Stormariæ &c. Ac de Teutonia paucis hîc differendum eſſe videtur. Notum eſt, Teutoniæ vocabulo hodie, & quidem conſuetudine ſuperiorum temporum, Germaniam dici, ſicut & in vernacula noſtra, non Germani, ſed Teutones ad ſuperiorum Germanorum, vel Tuiſcones ad inferiorum & Saxonum idioma nuncupamur, die Teutſchen / vnd Düdiſchen *vel* Tuiſchen. *Olim verò Teutoniæ vocabulū parti tantùm Germaniæ attributum, & nationis fuit, antequam gentis factum eſt, vt & in ipſo Germanorum, & Alemanorum nomine contigit. Nec deeſſent plura exempla, ſi recenſere ea liberet.*

Dominus Philippus Melanchton lib. II. Chronicorum Carionis, etſi dicit præcipuam & vetuſtam ſedem Teutonum ſciri non poſſe, tamen coniectat ex Cornelio Tacito, & Ptolomæo, Teutones illorum ſcriptorum temporibus VVeſtualiam & vicina loca ad Viſurgin tenuiſſe, præſertim cum Tacitus Teutoburgum in VVeſtualia collocet, & nomen ſuburbij etiamnum hodie Tuitium, Teutzſch, *ad Coloniam Vbiorum ſeu Agrippinenſem vocetur. Eodem ferè alludit etiam lib. III. Sed Dn. Peucerus lib. IV. eiuſdem Chronici ex Ptolemæo Teutonum ſedem fuiſſe putat eo in loco præcipue, vbi hodiè eſt pars Marchiæ Brandeburgenſis, & quidem circa Prignitium, & Epiſcopatum Ha-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

uelburgenſem, Eaq; in re ſecutus eſt eundem Dn. Melanthonem, qui alio in loco, videlicet in explicatione vocabulorum adiecta Tacito, idem ſentit.

Alij inter Viſtulam & Albim ad mare Pomeranicum Teutones collocârunt: Et ab ijs non diſſentire videtur auctor vitæ Viperti Germanicè editæ, qui Teutones ad Oceanum, vt appellat, Teutonicum, iuxta Daniam, ſeu ad mare Codanum habitaſſe putat. Nam cum Eidora fl. iuxta Helmoldum lib. 1. c. 2. & 11. c. 13. vel vltimo, & Cranzium, Daniam à Teutonia diſcriminet, ſequitur Teutonum nomine cenſeri debere Veteres Saxones Scandiæ, nempe Holſatos, Ditmarſos, Stormaros, & Hadelerios, qui Nordalbingi aliquando vocitati ſunt. Credibile igitur eſt ſucceſſu temporis eoſdem Teutones progreſſos potiſſimum verſus ortum, occupaſſe eas regiones, quæ nunc ſunt Saxoniæ inferioris, ſeu Lauenburgenſis, ditionis Mechelburgenſis, Pomeraniæ &c. ad mare Balthicum & Pomeranum, quod Sarmaticum etiam aliquando appellatum eſt.

Ex his verò apparet, & non pugnare auctorum, quos allegauimus, de ſitu Teutonum ſententias, & in præſenti negocio de Emelrico, Teutoniam omninò de regionibus illis littoralibus inter Albim, & mare Balthicum ſeu Orientale, intelligi debere, quo loco Nordalbingi, vt iam innuimus, poſtea fuerunt. Helmoldus lib. 1. ca. 48: Dicit tres fuiſſe Nordalbingorum populos, Sturmarios, Holzatos, & Thetmarzos, nec habitu, nec lingua multum diſcrepantes, tenentes Saxonum iura, & Chriſtianum nomen, iam tum temporis, id eſt, ſub Lothario Saxone Imp. Vt autem de reliquis taceamus, ſine dubio Ditmarſia ſiue à Teutone quodam vel Ditone, ſeu potius ab ipſis Teutonibus populis, & Marſia, id eſt, loco ad aquas depreſſiori, vel terra campeſtri, & paluſtri dicta eſt, ſicut & Reinerus Reineccius V. CL. amicus meus ſingularis, Ditmarſos à Teutonibus conditos, atque à regionis ſitu, quaſi Teutones Ripaſrios, aut continentis accolas dictos eſſe cenſet, cum Marſch tàm Ditmarſorum, quàm aliorum Saxonum lingua ſit, tàm continens, & locus littoralis, quàm quælibet alia planicies ad amnem ſita, ſeu ἤπειρος, ſicut & autor tabulæ Geographicæ Holſatiæ loca paluſtria & vliginoſa ab incolis illius regionis Marſchen vocari ſcribit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Hæc ideò adduximus, vt & de Emelrici Principatu (Sic enim regi-um Teutoniæ titulum intelligo) conſtaret, & inprimis planum fieret, ſic diui-næ prouidentiæ conſilio effectum, vt eius poſteritatis flos deinde in eam oram remigraret, ſicut ex ſequentibus videre erit.

Porrò hunc Emelricum, quaſi à cœlorum regno, vel ſi malis à verue-cum, ſeu ouium diuitijs dictum, alij Helmericum à galea appellant, & Herli-bonis II. patrem fuiſſe tradunt, contra Chronicon Pegauienſe, quod Herlibo-nis I. qui II. Pater fuit, fratrem eſſe prodidit. Fuit igitur Emelricus Re-gulus ſiue præſes quorundam locorum in Teutonia &c.

DITMARVS Verdunenſis. Ita enim appellatur ſimpliciter. Ego verò Principem Verdenſem in Saxonia non procul à Brema fuiſſe, non diffi-tear, quemadmodum frater eius Herlibo deinceps penitius Teutoniam ingreſ-ſus, vſque in Henetorum regionem peruaſit, ibiq; principatus ſui ſedem poſuit. Etſi enim poſt tempora CAROLI MAGNI vixit, à quo Eccleſiæ Ver-denſis initium factum eſt. S. Suiperto, vel Simperto primo eius loci paſtore, qui in Catalogo Epiſcoporum ideo primus recenſetur, eò collocato, (circiter Annum 787) tamen quæ Epiſcopatuum initia fuerint, & quàm tenuia, no-tum eſt: Et primi illi Epiſcopi ferè ſuos defenſores à Cæſaribus ibi conſti-tutos habuerunt, qui à caſtris imperatorum, quibus præfecti fuerunt, Burg-grafij dicti ſunt. Scribitur etiam. Epiſcopatum Verdenſem primò fuiſſe Bar-devvici, eoq; deinde translatum, ſicut & Pirnenſis Monachus refert, Carolum Magnum condidiſſe collegium Couendiæ, quod ipſum quoque poſteà Verdam ſit tranſlatum. Vt adeò credam, Ditmarum hunc Verdenſem regionem guber-naſſe. Eſt autem Verdunenſis etiam Epiſcopatus in Gallia, à quo forte Ger-manicus vel Saxonicus nomen accepit. Nam & Verduni nomen Germani-cum eſt &c. Non diſcrepat autem à Teutonum gentis lingua nomen eius, quod ſeu Teutonum, ſeu Ditonis, (quo vocabulo quid ſignificetur, alibi expli-catur) præfectum ſeu villicum denotat.

HERLIBO tertius, & natu minimus frater, Brandeburgenſis in Pegau. dicitur. Fuit autem Princeps ibidem, vt ſuſpicor, eadem ratione, qua reliqui fratres ſuis in locis, (etſi de Emelrici Teutonia, eam hæreditariam fuiſſe credere malim) præfuerunt. Et quidem Principem Brandeburgicum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

fuiſſe manifeſtè oſtendit cognomen Harlungorum, quod vt teſtatur Chronicon Pegauienſe, geſſerunt filij, & reliqui eius poſteri. qui vel ſoli noti ſunt nobis beneficio monumentorum literariorum, vel ſoli fortè fuerunt reliquis fratribus ſobole carentibus Cognomentum autem ipſis ſine dubio impoſitum eſt vel à ſubditis, vel vicinis, cum id anteceſſores eorum habuerunt gentile, vtpote qui ex Alſatia bello profecti Brandeburgum à Carolo Magno contra Slauos ſeu Henetos in præſidijs collocati erant cum iuſto exercitu, vt ſemper contra paganos militarent in limite Imperij. Etſi nec illud improbârim, horum nomen Herlibonis filios, honoris & memoriæ cauſa, vſurpare voluiſſe. Cum enim nomen Harlungorum diu ſuperſtes habuerit Brandeburgum (Nam & ab ijs mons vrbi vicinus, qui deinde à Diua virgine religiosè nuncupatus eſt, nominatus fuit) veriſimile eſt, eos bene de ſubditis meritos eſſe, quam gratiam & ſucceſſores fortè aucupari voluerunt. Annorum certorum, quibus vixerit, numerum neſcimus. Coniecturam autem facere licet, fuiſſe adhuc ſub Imperatoribus ex Caroli Magni poſteritate, & quidem deleta bellis, vel aliò translata familia Harlungorum Sueuica, de qua dictum eſt. Exiſtimantur autem Harlungi occiſi eſſe A. 898. teſte Henning: in Mechelburg: ſub Bitungo Rege Obetritorum Aliàs circa Annum 880. Poppo Hennebergius Comes á Ludevvico Rege Marchio Soraborum conſtitutus fuit, quanquam locus præfecturæ non indicetur, vt adeò de Brandeburgo hoc accipere & pro certo affirmare non poßimus. Nam & Landsbergi interdum præſidia contra Slauos collocata fuiſſe traditur, de quibus alibi.

HERLIBONIS I. POSTERITAS.

EMELRICVS II. De hoc nihil nobis notum eſt, quàm Harlungi nomen, cum cæteris fratribus, geßiſſe.

VRIDELO Harlungus, quaſi paruum Fridericum dicas, quod nomen hodieq; in vſu eſt, Fridel.

HERLIBO II. Cgnom. Harlungus. Vxorem duxit Regis Vrvvegiæ, rectius Noruegiæ non nominati filiam, & ipſam anonymam: quod argu-

argumento eſt, hos in caſibus illis fortunæ (vel potius ſpontaneis migrationibus, quas virtutis cauſa, & bellorum ſtudio, ſuſceperant. Vnde & Parentem Herlibonem I. aduerſus Henetos præfectum belli conſtitutum eſſe audiuimus) quibus iactati in exteras regiones venerunt, ſemper nihilominus ad patriam, & veterem ſine dubio ſeu cognationem, ſeu amicitiam cum populis ſeptentrionalibus, ſingularem reſpectum habuiſſe. Fortè etiam Emelrici I. & Ditmari poſteri, ſi qui fuerunt, in eadem priſtina patria, horum patruelium ſuorum curam eam geſſerunt, vt non prorſus eliminati eſſe viderentur: ſed vel affinitatibus ſaltem loco illi, qui familiæ originem dederat, ſemper quaſi obſtricti manerent.

HERLIBONIS II. FILII.

SVETIBORVS Harlungus cogn. & ipſe Brandeburgi, vt arbitror, Princeps. Huius nomen Slauicum eſt, quod pater filio ſine dubio in gentis ſubditæ, & vicinæ gratiam indidit, vt adeo appareat Herlibonem II Henetos in hu regionibus, quibus cum viuebat, non ſolum vi reprimere, ſed etiam amicitiæ quadam ſpecie delinire, & in officio continere ſtuduiſſe, quod ipſum & hic filius Suetiborus, (qui fortè etiam non Noruegicam illam, ſed Slauicam matrem habuit, cum ex Norvvegia VVolfum natum eſſe veriſimile ſit) æmulari voluit, & filio Scamboro itidem Slauicum nomen indere.

De huius poſteris nihil præterea ſcitur, quàm filium habuiſſe SCAMBORVM, & alios, quorum nomina non ſunt expreſſa. Succeſſerunt ei vel filijs in Marchia Principes, vel Slauici, ſicut varia fuit eius loci fortuna, quos Heinricus Auceps deinde eicit. vel alij ex Germanis, ſicut de Poppone iam dictum eſt. Broduſius vnum ex filijs Herlibonis II. matre Norvvegica procreatis in Teutonia poſt patrem regnaſſe ſcribit, ſed nomen eius omittit. Cumq; de Suetiboro id vix intelligi poßit, id de VVolfi in Cimbrica Cherſoneſo dominatione accipere liceret, niſi expreſſè alia de eo idem auctor referret. Nam Suetiborus vbi manſerit, ex Chronico Pegauienſi certius liquet.

VVOLFVS. Hic, vt habet Chronicon Pegauienſe, primum Pomeranorum princeps fuit, poſtea prouincia pulſus, ad Daniæ regem exul venit, ab

eoq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

eoq́; tum propter Heroici corporis formam & robur, tum fortitudinis opinionem, & virtutis bellicæ famam benignè exceptum adamauit, & poſtquam aliquandiu liberaliter habuiſſet, eiuſq́; opera multis in rebus inter præcipuos familiares vſus fuiſſet, filiam etiam nuptui dedit. Regis Daniæ nomen non exprimitur, ſicut nec filiæ. Virtus autem & fortuna VVolfi comitem, vt fit inuidiam habuere, quare ab affinibus, Regis filijs calumnioſè eiectus eſt ex aula, ſeu potius illorum odijs & inſidijs ſponte & prudenter cedens, alio ſe contulit, donec poſt obitum Soceri de vindicta cogitauit. Nam bello illato, duos maiores natu ex illis trucidauit, quod ne idem accideret minimo natu, præſenti periculo is ereptus eſt à conſaguineis & amicis, qui VVolfum ea perpetrantem oderant, & ita Regno Daniæ verus hæres conſeruatus eſt. Nam addit Pegauienſis Chronicus, Daniæ regnum tum poſt victoriam à VVolfo occupatum eſſe, cum præſertim etiam coniugis ſuæ ius aliquod prætenderet: quod an rectè credi poſſit, alijs iudicandum relinquo. Sane in Regum Daniæ Catalogo nullus VVolfus eſt. Suſpicor tamen regno tum violenter VVolfum eſſe potitum, ſed cum inuitis, vt credibile eſt, ſubditis id teneret, non diu tenuiſſe, ideoq́; & titulo Regis à nemine dignatum. Nam cum & alij aſſerant, quod eodem tempore VVolfus Holſatiam occupatam, acquiſiuerit (etſi malè cum parte veteris Marchiæ confundant): Dania maturè pulſum, vel initio quoq; non longè progeſſum, ſed in extremitatibus eius in Lutia, vel in Holſatia hæſiſſe opinor. De fortuna eius in bellis, auguſta apud omnes nominis opinione ex felicitatis ſuceſſu continuo, deq; alijs, vt ritu funebri, quo mortuum ſepulturæ tradiderint barbari, legatur Chronicon ſæpe dictum. Felici autem coniugio vſus, ſobolem regiam ſuſcepit Ottonem, Hermannum & VVigbertum, qui poſt obitum patris à Danis exuti ſunt omnibus ditionibus paternis in illo loco ſitis, ſola terra Balſamea relicta, quam Broduſius non rectè de Holſatia intelligit. Fuit enim hæc, vt ex Enzelio primum didici, eamq́; rem cum alijs communicaui, pars veteris, quæ & Soldvveldelenſis dicta eſt. Marchiæ ad Albim, à fluuiolo ibidem ſic nuncupata, quæ nomen etiamnum retinet. Pulſi autem ſunt ab auunculo Vxoris VVolfi, qui ſuperſtitem hæredem verum, fratrem eorum quos VVolfus ſuſtulerat, quemq́; ſeruatum eſſe diximus, regno reſtituit. Poſſet à quopiam defenſuro id, quod Pegauienſe Chronicon ha-

con ba-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

non habet, de VVolſi in Dania regno fortè ſic excuſando dici, vel non omnium conſenſu præfuiſſe imperio, quare coronam nunquam adeptus Regum numero non aſcriptus ſit, vel partem tantum regni gubernaſſe. defenſoribus pupilli Daniæ inſulas tenentibus: Vel nomen etiam domi aliud habuiſſe, aliud in Germania. qua de cauſa quoq; minus in alijs Hiſtorijs notus ſit: Verum ego prius indicatæ de Holſatia, quam & maiores eius tenuiſſe iam conſtat, ſententiæ inſiſto. Et magnum adeò Viperti maioribus regnum in ſeptentrionalibus illis terris regnum neutiquam aſſcribi debere cenſeo Vixit, vt arbitror, ſub Heinrico Sancto Imp. vel etiam ſub Heinrico III. Nam filius eius deinde admodum iuuenis ſub Conrado Saliquo vixit &c. obijt ſub Heinrico III. Imp.

VVOLFI FILII.

OTTO Hic à patris obitu, cum poſſeſſionibus ſuis ipſe & fratres nudarentur, exul in Græciam profectus eſt, & Cæſari Conſtantinopolitano ſeruiuit, vt habet Pegau. & vita Viperti bellicoſi.

HERMANNVS. In Rußiam ſeceßit patria pulſus, vt auunculi odium declinaret, ſine dubio militiæ cauſa, vt & frater more laudabili maiorum ſuorum fecerat.

VIPERTVS ſeu potius integro vocabulo VVIGEBERTVS huius nominis I. Vir bellicoſus & prudens. Hic fratribus aliò profectis in Germania manſit, & ſe intra limites præſentis fortunæ continens ditionem Balſamorum, quam bello acquiſiuerat, vt habet Pegau. Chronicon, pater, quiet- gubernauit. Fuit ea (nam repetendum eſt) non Holſatia, vt ineptè Broduſius, ſed veteris Marchiæ pars, ab amne cognomine ſic dicta, in qua hodie ſunt Stendalia, Oſterburgum, Arneburgum, & alia oppida, quam regionem permutatione ab Vdone, vt audiemus. VVigcerto II. ademptam, deinceps a Slauis iterum occupatam eſſe veriſimile eſt. Eam enim vnà cum tota vicinia vſq; ad ſaltum Boiemicum ab Hollandis nouis colonis receptam eſſe teſtatur Helmoldus lib. 1. cap. 89. Quo loco & mendum aliud reſtat, vbi enim ſic ſcribit. Quæ dicitur Balſamerlande, & Marſchinerlande &c. ego Marchiner omiſſa

litera S legendum eſſe cenſeo. Nam adhuc Merckener interdum dicuntur à vicinis illi, qui in Marchia habitant. De altero quoq; mendo eodem in loco, vbi Saltuuedele pro Saltveldele, vt vulgò non rectè ſcriptum eſt, legi debet, ante aliquot annos cum doctiſsimo Reinero meo per literas egi &c.

Vxorem habuit Vipertus Sigenam Gosvvini Com. de Leige Senioris F. fæminam pulcherrimam, quam illi ſocer propter induſtriam & alacritatem, reſpondentem nobilitati deſponderat, honeſta dote Morungæ, & Gatterslebiæ cum ſuis territorijs adiuncta, cum duas alias haberet filias, quibus reliquum patrimonium, Leiga videlicet, Sibichenroda & Drachenſtadium ceſſerunt.

Porrò quomodo VVigbertus ſibi & fratribus aliò profectus illatas iniurias vltus ſit, & barbarorum ſines depopulatus, præda inter comprouinciales, id eſt, ſubditos ſuos bellatores diuiſa, qua ratione & nobilitatis & plebis ſubiectæ fauorem ſibi conciliauit, legatur in eodem Chronico. Illud hic monendum, eorum quorum iam facta eſt mentio barbarorum Vrbem Posduvvlc barbarica lingua dictam fuiſſe, quam ſi quis Pasvvalcum, quod in finibus Pomeraniæ ſitum eſt, fuiſſe opinari velit, per me id ei licere non diffiteor. Illud certum eſt poſteriorem vocabuli (nam priorem nondum intelligo) partem Slauicam eſſe, & prædonum ſignificationem habere, vnde & partem Henetorum VVilcos, à lupina rapacitate dictos alibi legitur. Pegauienſis Monachus ſic explicat, quod vrbem VVolſi ſignificet. Ex hoc autem ſuſpicari quis poſſet, auctorem Chronici Pegauienſis, Danos, quorum Regem VVolſum aliquando fuiſſe, & quem à Barbaris ſepultum eſſe ſcribit, confudiſſe aliquantulum cum Slauis, quos hoc loco Barbarorum voce notari credo. Sed fortè Dani in ſuis bellis contra VVolſum & eius præcipuè tandem filios, Slauorum opera vſi ſunt, quare vindictam de ijs ſumſit VVigbertus. Obijt immatura morte, adhuc iuuenis, idq; circa Annum Chriſti 1040. id eſt antequam Henricus III. Imp. rerum potitus eſt. Vixit igitur, in ea, ſcilicet ætate, quæ rebus agendis apta eſt, ſub Conrado Saliquo Imp. Ante patrem VVolſum diem ſuum obijſſe VVigbertum tradit Broduſius, quod non conſentit cum ijs, quæ habet Chronicon Pegauienſe. Nam ibi VVolfo defuncto

fo defunct•

ſe defuncto, Ottonem & Hermannum aliò seceſſiſſe, VVigbertum verò Balſamorum terram adijſſe ſcribitur.

VVIGBERTO I. defuncto nupſit Sigena FRIDERICO Comiti de Lengeſeld (locum in Francia ſitum eſſe volunt) Et ex eo coniugio nati ſunt.

Fridericus iunior Comes de Lengeſeld.

N. Vxor Rugeri Comitis: cuius familia non expreſſa eſt in Chron. Pegauienſi.

Rugerus Archiepiſcopus Magdenburgenſis poſt Adelgottum cognatum, qui eũ ex eum ex Babenbergenſi Eccleſia Magdeburgum adduxerat, & Camerarij officio atque Præpoſitura Byuarienſi dignatus erat. Euectus deinde ad Epiſcopatum eſt auxilio VViperti Groicenſis Comitis, Magdeburgenſis præfecti, id eſt, Burggrauij, propinqui ſui. Nam eius nepos ex ſorore vterina Rutgerus ſeu Rotgardus, vt in Magdeburgenſi Chronico dicitur, erat. Fuit vt id Chronicon habet, probitate, & eloquentia ſatis clarus, ſed magnũ aduerſitatibus fortunæ vſus. Diuturna febri tandem confectus obijt Magdeburgi 13. Cal. Ianuarij, Anno 1123. VVernerus habet 14. Ianuarij. Sepultus Magdeburgæ in Cathedrali Eccleſia in ſeptentrionali Manica, vt loquitur Chronicon Magdeburgenſe.

Fridericus Comes

N. Filia Vxor Ottonis Comitis Palatini de VVitlinsbach.

Otto Comes Palatinus poſt obitum patris. Chron. Pegau

Fridericus Comes. Hunc credo aui materni Comitatum conſecutum eſſe.

Hanc verò Rugeri Comitis nurum. Ottonis Palatini vxorem appellat Dominam HELICAM de Lengeſeld, Caſpar Bruſchius, Monaſteriorum Centur. I. Et maritum ipſius Ottonem IV. Comitem Palatinum in

num in VVittelſpach: Eique aſcribit tres filios, Ottonem maiorem, po-
ſtea Bauar. Ducem, Fridericum, & Ottonem iuniorem Palatinum
VVittelsbacenſem, qui ex Domina Benedicta VVerdenſi Comitiſſa ſuſce-
perit vltimum Ottonem, illum qui auxilio Eccenperti Epiſcopi Bamber-
genſis Philippum Imp. Barbaroſſæ F. interfecit, Et quartum horum fra-
trum Conradum Archiepiſcopum Moguntinum, & Salisburgenſem. Et-
ſi de Ottone iuniore & Conrado nihil habet Chron. Pegauienſe. Per-
mitto autem lectoris iudicio an Bruſchius eam quæ auiam paternam Len
gefeldiam habuit. Lengefeldiam rectè vocet. Nec ego Rugeri familiæ
nomen adhuc indagare potui.

Sigena tandem ſecundò vidua facta permiſſu Viperti filij vixit in
cœnobio Vicenburgenſi, quod in caſtello ſuo conſtruxerat Vizo de Vizen-
burg nobilis ac prædiues (vt in Chron. appellatur, quæ verba oſtendunt
eum ex primaria, vel ingenua nobilitate, quæ Dynaſtarum, vel Baro-
num eſt, fuiſſe) conſanguineus Viperti, à quo etiam morituro Anno
1110. hæres bonorum ſuorum inſtitutus erat. Cumq; deinde 6. Cal. Mar-
tij (neſcitur quo Anno) deceßiſſet, iuxta duas loci eius abbatiſſas ſepul-
ta eſt.

VVIGBERTI I.
POSTERITAS.

VVIGBERTVS II. Illuſtris ille & bellicoſus Comes, & Prin-
ceps, qui ob excellentiam vulgò in vernacula noſtra ſuo ſeculo & dein-
ceps: Graff Wiprecht dictus eſt. Puer adhuc fuit moriente pa-
tre, ideoq; cum ad ſecunda vota rediret mater tutelæ & educationi Vdo-
nis Marchionis Stadenſis, (vt Chronicon Pegauienſe eum nominat, cum
Comes fuerit ab eo loco dictus, Marchiam verò, quæ vetus iam dicitur,
tenuerit) commiſſus eſt, ab eoq; honorificè educatus, & tandem veteri
Germanorum more, de quo etiam eſt in Tacito, in iuſta ætate armis mi-
litaribus cinctus, ac honoris & virtutis cauſa vrbe Tangermunda cum
adiunctis prædijs donatus eſt.

De huius indole & virtute bellica, deq; auctoritate, exiſtimatio-
ne, & metu ſibi apud omnes comparato, item de inuidia perpetua laudis

Comite, quam etiam aui VVolfi exemplo ſenſit, & quomodo propterea ex Balſamia in veteri Marchia permutatione bonorum, ab Vdone remotus, & in Miſniæ parte, quæ Orientalis terra dicitur ad Elſtram fl. (quare & Chronicon ad Orientem ceßiſſe VVigbertum ſcribit) collocatus, Groiſcam, vnde & Comitis titulum habuit, habitare cœperit, habet Pëgauienſe. Tum autem pro Tangermunda quoq; VVigberto alias poſſeßiones in Nortmarchia traditas eſſe ibidem traditur, quam Marchiæ partem verſus ſeptentrionem ſitam fuiſſe, nomen indicat. Pro Vdone hoc ponit Brodußius vbiq; Siffridum Comitem Stadenſem, Marchionem & Electorem Brandeburgenſem, ſed ſine auctoritate, & ratione, ideò Chronicon Pegauienſe ſequi malim. Refertur in eodem Chronico, qua fortuo vſus ſit in Miſnia initiò, & quo modo cum quietis impatiens eſſet, à nobilibus vicinis, quibus moleſtus fuerat, exceptus tandemq; ab ijs vt locum mutaret coactus. Quare & ſingularis prudentiæ, atq; moderationis ſpecimine edito æmulis ad tempus ceſſerit & maiora viribus aggredi, aut temere ſe periculo præſenti obijcere veritus, centum comitatus militibus in aulam VVratislai Bohemiæ Ducis iuerit, ab eoq; benignè ſuſceptus, probitate & induſtria Ducis & optimarum prouinciæ fauorem adeptus ſit. Mox etiam quomodo Ducem ad Regij nominis decus repetendum inſlammârit: & deniq; Heinrico Imp. in Italiam profecturo militiam ſuam obtulerit, & gratia eius perſpecta confidentius agere cœperit. atq; Duc Vratislao Regium nomen hac conditione, vt & ipſe Cæſari militaret, petierit & impetrârit. Quare & continuò, Anno videlicet M. L X X X I. (cum præcedenti anno eidem Imperatori contra Rudolphum PſeudoCæſarem pugnaturo validum ex Bohemia exercitum adduxiſſet) vna cum Bortvvoio, Vratislai F. ad Italicam expeditionem ſeſe accinxit Vipertus, & inter primos in Italiam irrumpens Longobardiam vaſtavit uſq; ad Mediolanum agendo paßim prædas, demoliendo caſtella & fortißimos quæq; in vincula adigendo, donec Imperator ipſe quoque ſuas copias adduxit, quo facto Mediolanum cum ſe dediſſet, Cremonam, Papiam, Laudam, Mantuam, Cremam & alia oppida atq; caſtella facilè in deditionem coëgerunt, excepta Verona, cuius expugnatio in alium tempus reſeruata eſt. Roma inde quam turbidam Chronicon

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

vocat obſeſſa eſt per triennium fere ab Anno videl, (vt aliunde habemus) 1081. uſq; in tertium, in qua obſidione Vipertus multa fortitudinis ſpecimina edidit, præcipue verò annonam in Cæſaris caſtris prudentia magnanimitateq; ſua ſubinde levavit. Et cum ſemel excurriſſet. Romani interea Imp. opprimere conati ſunt, qui à Viperto cum Bohemis & Teutonicis ſuis advolante, fortiter defenſus eſt: enituitq; in ijs prælijs præcipua Viperti in Imp. fides: Nam cum ei fortiter pugnanti enſis forte excuſſus eſſet, ſuum illi Vipertus dedit, & clypei ſui acumine in hoſtes tam diu ſævijt, donec in fugam conjecti & in mœnia repulſi ſunt. Acciderunt hæc circa feſtiuitatem Aſcenſionis Domini, tertio obſidionis, vt arbitror anno. Nam paulo pòſt Roma, (Raſcio Viperti militum præcipuorum vno, deſidiam Romanorum explorant & ſuis viam monſtrante) capta eſt, Viperti præcipuè opera, cum Raſcius primus, Vipertus verò ſecundus muros aſcendiſſent. Qua de re etiam habet vita Henrici Imp. ſine nomine edita, vbi de vno ex Scutarijs dicitur, qui pilorum legendorum cauſa ſub meridiem in maximo æſtu, utroq; exercitu defatigato, ad muros accedens & aſcendens, Romanorum negligentiam animadverterit, ſuosq; corporis motu, cum voce non auderet, acciverit ad Romam occupandam. Factum igitur hoc eſt III. Non. Iunij Anno 1083. Inde cum Pontifex cum ſuis in templum primarium fugiſſet, (matricem Eccleſiam dicit Chronicon) id tandem Viperti induſtria & audacia expugnatum eſt, & Papa cum proceribus. Viperti cuſtodiæ traditus: Etſi de hac hiſtoria, alia alibi tradantur. Nam perveniſſe Hiltebrandum in Cæſaris poteſtatem, cæterorum nemo ſcripſit: Qua de re diligenter differuit Reni. Reineccius in notationibus ad hiſtoriam de Viperto Groicenſi editis.

Inde tractat Chronicon Pegavienſe de Viperti fortuna aulica propter invidiam aliorum, quæ virtutis & gloriæ perpetua comes eſſe ſolet. de quæ eius animoſitate per immiſſum Leonem, apud Theodorici domum. Veronam ſcil. explorata, deq; eius ob eam rem indignatione, & poſt ſatis longam pertinaciam reconciliatione cum Cæſare, per proceres intercedentes & præmia militiæ Viperto deberi maxima contendentes. Fuitque hoc tempus celebre incrementis opum & potentiæ Viperti.

Nam vt

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Nam vt paulo altius, quo Vipertus bona tenuerit, & quomodo ea acquiſierit, repetamus, cum pater eius Vipertus I. veteris ſive Soldvvedelenſis Marchiæ partem quæ Balſamorum regio dicta eſt, à patre VVulfo occupatam & relictam, & præterea coniugis Sigenæ Comitiſſæ Leigenſis dotem Morungam & Gatterslebiam tenuiſſet. Vipertus II. adbuc puer temporibus Henrici III. ad preces matris, quæ alij nupſerat, ab Vdone Stadenſi Marchione (nam Comites Stadenſes tam ſimul veterem Marchiam tenuerunt, unde Marchiones Stadenſes vulgo dicti ſunt) educatus, & tandem militaribus armis, ut ante dictum eſt, cinctus eſſet: Inſuper Tangermundenſis vrbis beneficio ſeu inveſtitura, vt loquuntur donatus eſt. Tandem cum virtus Viperti Vdonem ureret, ex vetere Marchia prorſus eum ſemovit, permutatione facta, & loco Balſamææ terra Groiſca ſeu Groiza Oſterlandiæ in Miſnia: loco verò Tangermundæ aliis poſſeſſionibus ſeu beneficijs, ad Nortmarchiam, ut loquitur Chronicon, id eſt ſeptentrionalem Marchiam pertinentibus, ei traditis & permiſſis.

Hac itaq; ratione Vipertus in Miſniam veſtigium poſuit, in qua tamen Groiſcam propter inſolentiam, qua erga vicinos nobiles fuerat, perdidit, occupatum à Betherico de Tuchen & alijs eius complicibus. Quare in Bohemiam profectus, Ducis Vratislai favorem ſingularem promeritus eſt. Poſt Italicam igitur, de qua iam dictum eſt, expeditionem & poſt iuſtam eius iram ſeu excandeſcentiam adverſus Imp. ob militiam & ſtrenuitatem in ea cum periculis à beſtia obijceretur, male compenſatam factamq; rurſus, vt oſtenſam eſt, reconciliationem, virtutis ſuæ præmia, iuſſu Imp. à multis principibus, in primis autem à Moguntino Halberſtadenſi & Monaſterienſi M. D. CCCC. Talenta, à Colonienſi Horlampagam, id eſt ditiunculam, non villam, vt hodie eo vocabulo abutimur, accepit: & tandem caſtello Liſnig cum adiacentibus, & Dornburgo cum attinentijs ſuis (ſic enim loquitur Chronicon) ab Imp. ipſo donatus eſt, vnà cum talentis D. C. quæ ipſi in duobus Imperij conuentibus, Alſtedenſi & Merburgenſi perſoluta ſunt, poſtquam Imp. Anno 1034. ex Italia regreſſus eſſet. Mox Viperto in Bohemiam reuerſo vna cum filio Regis Bortvvoyo, propter filiam regiam ipſi elocatam, pro-

tam, prouinciæ Bohemicæ pars non exigua dotis loco oblata eſt, quam Vipertus occupare nolens modeſtè recuſauit, & eius loco pagos duos extra Bohemiam, ſed in finibus tamen eiusdem ſitos, Budiſsinam & Niſenam impetrauit. Quare & tum coniugi domicilium tutum condidit, vrbem Svvorzam, & Groizam ſuam occiſo Betherico recuperauit.

Commemorabile eſt teſtimonium Borivvoy, Regis Boh. Filij, de Viperto, quod de eius virtute apud patrem præbuit, eaq; ratione affinitatis præcipuus autor fuit. Cum enim eum patri nomine Imper. commendaſſet, & gratitudinem ipſi deberi oſtendiſſet, ideoq; varia munera Viperto oblata eſſent, quo ille reſpuit, de ſorore tandem elocanda dixit: Multò regi commodius fore ad defenſionem ſuæ regionis, quam ſi Ruſſorum vel Vngarorum eam regi ſociaret. Omittenda hic ſunt quædam propter metam temporum & rerum geſtarum ferè, diſtinctionem, quæ eſt in Chronico qualia ſunt de conflictibus cum Ecberto Marchione & alijs.

Anno 1038. Beneda miles magnanimus, qui in Polonia per biennium exul fuerat, rediens primum adijt VVigbertum, Regis Bohemiæ generum, eumq; vt interceſſor eſſet apud Regem, exorauit: Sed quia VVigbertus vir eſſet prudens, vel, vt loquitur Chronicon, in rebus valde diſcretus, & ſoceram offendere nollet, conſuluit ei, vt & Bennonem Epiſcopum Miſnenſem, quæ deinde ſanctitatis opinionem poſt obitum & quidem ſerò, ante noſtra tempora paulo, conſecutus eſt, ſibi interceſſorem & patronem conciliaret &c. ex Chron. Coſm, Pra. Dec.

Anno 1091. tactus eſt Vipertus religione, conſcientia ipſum ſtimulante de ſacris locis in præcedentibus bellis per ipſum læſis: Ideoq; de expiatione Eccleſiaſtica cogitans Romam contendit de conſilio Epiſcoporum vbi à Papa ad Patriarcham Compeſtellanum mittitur, & ab eo mandatum accipit extruendi templum D. Iacobo, cuius Baſilicam in Ziza exuſſerat, inimicos ſuos ardentius perſequens. Redux igitur de Monaſterio fundando conſilia agitat, & tandem Pegauiam locum ei deligit. Quare & ſequenti Anno ſeptingenta talenta ad ſumptus extructionis ferendos à ſocero accipit, annoq; poſtero Beronem ex Svvarzavienſi cœnobio Monachum accerſitum, primum abbatem Pegauiæ conſtituit. Anno vero 1093. cum iterum ſoceri munificentiam expertus fuiſſet non ita

diu ante

diu ante obitum ſuum trecenta ſacrã ad rem abſoluendam talenta mitten tis, munificentia tum Viperti tum coniugis Iudithæ in Pegauiam deinceps valdè prædicati. De reliquis, quæ ad cœnobij incrementa pertinent, hic omittimus. In literis Paſchalis Papæ, quibus fundationem confirmauit Anno 1106. propter opulentiam & ſplendorem vocatur Vipertus Saxonicæ gentis illuſtris Comes.

VVigbertum illuſtriß. & prudentiß. virum &c: qui partibus in illis, quas Sorabi inhabitarint, principatus ſit (ita loquitur Autor) & apud quem Heinricus IIII. filium fugiens Anno 1105. delituerit, vocat Vrſpergenſis vide eundem ſub anno 1106. 1102, 1113. Item Chronicon Sampetrinum ſub anno 1113.

Repetimus autem hîc quædam ex Coſma Pragenſi. Anno M. XCIX. poſt obitum Coſmæ, Epiſcopi Pragenſis VIII. qui anno præcedenti 4. Id. Decemb. deceſſerat, Braciżlaus dux Bohemiæ VVigbertum, pro ſororem generum vt vocatur, id eſt ſororis maritum vel affinem ad ſe vocauit, & de conſilio eius nouum elegit ſacerdotem ſummum Hermannum hominem exterum non Bohemum: Nam hoſpes nominatur & eo nomine à Duce quoq; commendatur, quod templum per parentelam non exhauriri, liberorum cura non aggrauari, per cognatos deſpoliari non poßit. Fuerat autem prius Vratislai Regis & Bracizlai Ducis deinde Capellanus, promotione Diaconus, dignitate præpoſitus Boleżlauienſis. Vnde apparet, quæ Viperti in regno Bohemiæ auctoritas & exiſtimatio tum fuerit. Anno M. C. Bracizlaus dux eundem Hermannum Moguntiæ ordinandum commendauit VVigberto, in Cæſaris comitatu tum quoq; futuro. Sed Moguntino Ruthardo abſente res non proceßit. Anno M. C. VI. Borivvoius Dux Henricum IIII. à filio Henrico V. pulſum & profugum per Bohemiam ſaluo conductu miſit ad VVigbertum qui iterum gener eius impropriè dicitur, nam ſororius fuit.

Anno M. C. IX. poſt obitum Suatopluci Ducis Bohemiæ, Borivvoius exul tum in Bohemia cum vidiſſet fratrem ſuum ſ. nirum Vladiżlaum, Ducem eſſe conſtitutum in eius abſentia: quia Ratisbonæ fuerat, properauit in Zirbiam ad VVigbertum, ſuum per ſororem generum, id eſt affinem, eiuſq; conſilio & auxilio in vigilia Natiuitatis anni ineuntis

M. C X. occupauit Pragam eamq́; diripuit. & receptus eſt. Cumque Vladislaus ſua defendere conaretur, accepit Borivvoius auxilia VVigberti mittentis filium VVacezlaum qui à Vladislao profligatus eſt. Dicitur iuuenis & puer VVacezlaus. qui tum in Pragam vrbem aufugit. Henricus Imp. qui tamen iratus fuerat antea VVigberto, V. Cal. Ian. ipſe ad preces & promißionis Vladizlai Bohemiam ingreſſus, proceres ad ſe Rokizanam euocauit, & venientes Borivvoium & VVigberti filium cepit.

Anno M C X. cum ad ſecunda vota rediret, cum coniuge altera quædam bona Bichlingenſia in quibus & aduocatio Monaſterij Olderlebienſis fuit, adeptus eſt: Eodemq́; hæres à conſanguineo ſuo Vizone de Vizenburg in Turingia inſtitutus. Sed inde vt res humanæ ſunt inſtabiles, non eadem fortuna ſemper vtitur. Nam cum Borivvoius Bohemus, optimus eius amicus & affinis, per Henricum V. regno priuatus eſſet, nihilq; apud Imp. valuiſſent interceßiones, in expeditione demum Polonica Vipertus Zuetiplocum Borivvoio ſubſtitutum, & mala conſilia de VVigberto cum Rege clàm tractantem, vt loquitur Chronicon, per inſidias tollit & vi obtinet, vt Borivvoius reſtitueretur, cui rei exequendæ deſtinatus eſt Vipertus iunior ſeu III. qui incautius agens dolo Vladislai fratris, Pragæ captus eſt vnà cum Borivvoio: Quare Vipertus pater pro liberatione filij, Hamerslebij in vinculis detenti, λύτρον dare cogitur, non ſolum vrbem Leünigk ſeu totum vt intelligo comitatum, ſed etiam Morungam ex hæreditate materna, & Budißinam atq; Niſſenam ditiunculas, quas ex priori dote habebat. Ea omnia accepit Hogerus Comes Mansfeldius. Etſi eo anno VVigbertus iunior liber & in gratiam Cæſaris receptus, Echardbergiam arcem adeptus eſt. Sequenti anno 1113. Vipertus à Cæſare hoſtis iudicatur & à filio cognomine Cæſari contra patrem adhærente deſeritur. Hæc potißimum ex Gozecenſi.

Addenda verò ſunt & iſta ex Coſma, quibus recenſitis ad reliqua ex Gozeenſi continuanda reuertemur. Anno M. C X I I I. Golezlaus Dux Morauiæ à fratre ſuo Vladislao Bohemiæ Duce pulſus, cum ab Imperatore tum Moguncia verſante nihil auxilij impetraret, confugit ad VVigbertum & per VII. menſes apud eum fuit.

Nouembri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Nouembri autem in Poloniam iuit. Eodem anno vergente Imperator opinatus Marchionis Miſniæ Dedonis poſteritatem prorſus intercidiſſe, Marchionatum dedit VVigberto, ſed Cunradus in Saxonia degens ex familia Dedonis ſuperſtes, ope Lutheri Ducis Saxoniæ & aliorum Saxoniæ principum bello eam regionem repetijt. VVigberto auxilium tulit Moguntinenſis Adelbrechtus, & iuſſu Imperatoris etiam Vladizlaus & Otto Duces Bohemiæ & Morauiæ. Perſuaſi autem ſunt Bohemi à Luthero, vt domum redirent. Lutherus ſiue Lotharius qui deinde Imp. factus eſt, in oratione ad Bohemos, vocat VVigbertum alterum Vlyſſem. Deniq; anno 1114. cum ipſe quoq; ſenior captus eſſet à Mansfeldio,& capite damnatus, iunior ſuaſu principum Groizam quoquè pro pater redimendo tradit: Sed Cæſare fallente, patrem non recipit, Groizam nihilominus amittit. Tandem elapſo penè triennio cum VVigbertus iunior hactenus exul, Groizam fortiter recuperaret, & patrem captiuum permutatione libertati reſtituiſſet: Senior etiam Cæſari reconciliatus mox iuſſu eiusdem non ſolum Groizam recipit, verùm etiam Liſnicium quãuis multo labore, nimirum Caſtellanis, hoc eſt, ijs qui in præſidio erant, reſiſtentibus, ſed victis tandem & pulſis recuperat: Et inſuper Burggrafiatum Magdeburgenſem, Adelgotti Archiepiſcopi, gente Velthemij, ſui ex ſorore nepotis, fauore conſequitur. Et Marchiam Luſatiæ duobus millibus talentorum ab Imperatore redimit: principali honore & dignitate inſignitus & in ſignum eiusdem rei veſte, quæ Cappa Dalmatica vocatur, donatus. Harum rerum finis incidit in annum 1117. Nec dubium eſt, quin eo etiam tempore Budiſsinam, Niſenam & Morungam receperit. Nam hanc deinceps filia ipſius Berta, vt ſupra retulimus, poſſedit. Obijt tandem poſt res præclarè geſtas & varias fortunæ vices in veſte Monachica, cum ſic ei à Pegauienſibus & alijs perſuaſum eſſet. Anno 1124.

Habuit vxoret duas, primam Iuditham VVratiſlai Bohemiæ Regis Filiam, Boriuuoy Ducis, optimi & fideliſsimi ſui ſocij in bellis, ſororem, fœminam pientiſsimam, ex qua ſuſtulit duos filios, VVaczlaum, qui VVigbertus iunior vulgò dictus eſt, Heinricum, & vnam filiam Bertham. Iuditham amiſit, mortuam Anno 1109. in ſuo patrimonio Budiſsinæ

16. Cal. Ianuarij dum ipſe cum filijs ambobus VVigberto & Heinrico eſſet apud Imperatorem in conuentu Moguntino. Alteram coniugem viduam duxit. Cunegundam, relictam à Cunone Comite Bichlingenſi, qui nobiliſsimus Princeps à Pegauienſi appellatur. Ex ea nihil liberorum ſuſcepit Ea ex qua ſtirpe fuerit, neſcitur: Neq; eius deinceps mentio fit in Chronico Pegauienſi. Maritus eius prior inſidioſè contra ius & fas in itinere publico ad Albim à ſuis hominibus, id eſt, ſubditis, Edelgero de Ilefeld & Chriſtiano de Rotenburg, de quibus nihil mali vnquam ſuſpicatus erat, interfectus fuerat, idq; Anno 1103. vt teſtatur Vrſpergenſis, qui Cunonem valdè laudat.

N. FILIA VViperti I. ex Sigena Heinrico comiti de Leige nupta.

N. FILIARVM altera. Vxor fuit Bernheri, ſeu VVerneri, ſenioris, de VVeltheim, qui extremam villæ Pegauienſis plateam iure hæreditario, vt loquitur Chronicon, poſſedit, ex qua ei nati ſunt:

Bernherus Veltheim iunior. Hic Comes appellatur in Lauterbergio ſub Anno 1157. quo occiſus eſt, cum VVigmannus Archiepiſcopus Magdeburgenſis Brandeburgum obſideret.

Adelgottus. primò præpoſitus Halberſtadenſis, Inde Archiepiſcopus Magdeburgenſis, ubi præſedit ab Anno 1107. per Annos 11. menſes 11. dies 21.

Dicitur Adelgottus in Chronico Magdeburgenſi: Vir omni morum probitate decoratus, religionis & caſtitatis amator præcipuus, inopum compatiens neceſsitatibus, qui canonicè viuentes in clero ſingulari quodam affectu dilexerit: rebelles verò ſeueriſsima diſciplinæ cenſura corripuerit, in vtroq; pietatis viſcera ſeruans, dum hos ad meliora accenderet, illos autem à prauitate compeſceret: Qui diligentiſsimam adhibuetit ſollicitudinem ſuæ Parochiæ. Quare & augmentandæ in ea ſeruitutis diuinæ gratia duas congregationes inſtituerit, vnam in vrbe Metropoli ſub honore Petri & Nicolai, in Eccleſia, quam anteceſſor eius primum condiderat &c. Alteram in Halla, Anno vt habet Pegau: 1116. quod cœnobium dicitur ad Nouum opus, de quo plura in Magdeburgen:

Chr. Præ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Chr. Præterea & Xenodochium Magdeburgi extruxit &c. Inſtituit Feſtum omnium fidelium defunctorum, eoq; die pecuniam legauit Canonicis diſtribuendam. Auctor etiam fuit magnæ Eleemoſynæ Magdeburgi tempore quadrigeſimali, ſeu Ieiuniorum. Ita vt quolibet die vſque ad Feſtum Paſchatos centum panes, totidem haleces, & totidem potus cereuiſiæ pauperibus diſtribuerentur. Fuit valetudinarius ferè per totam vitam. Anno 1115. fuit in periculo propter hoſpitio ſuſceptum VVigbertum III. propinquum ſuum. Vide Chron. Pegau. Obijt 1118. Prid. Id. Iunij, Sepultus, vt VVernerus ſcribit, in monaſterio Noui operis ad Halam, quod ipſe condiderat. Chronicon Pegau. habet Annum 1119. & numerus annorum, quibus præſedit, id requirit.

VVIGBERTI II.
LIBERI.

VVACEZLAVS, ſic nominat eum Coſmas Pragenſis Decanus in Chronico Bohemico ſub Anno 1109, quo hic filius VVigberti in Bohemia militauit. Fuit autem idem cum eo, qui ſemper aliàs VVIGBERTVS IVNIOR dictus eſt, cognomine videlicet à patre ſumto, quod aut felix contineret omen, filium paternæ virtutis æmulum fore, cum præclara quotidie ſpecimina ederet, aut quod aliàs per excellentiam celebritatis & gloriæ in patre tacitam commendationem contineret. Ita enim Bohemicum nomen, quod ipſi propter maternam originem ind.tum erat, in Germania deletum eſt, adeò vt apud nullum ſcriptorem, quod ſciam, reperiatur. Eſt autem VVacezlaus idem quod maior gloria, Græci Megalodoxum vel Periclem nominarent. Alij ſcribunt VVetiſlauus, vnde corruptum VVenclauus, quod nunc pro VVacezlauo in vſu eſt.

Hic igitur VVigbertus III. (hoc enim nomen retinebimus) vxorem habuit Cunegundam Cunonem Comitis Bichlingenſis, (cuius viduam pater VVigbertus duxerat) filiam elegantiſſimam, & famoſiſſimam, vt Chronicon Pegauienſe eam appellat, quæ nuptiæ celebratæ ſunt vno & eodem tempore cum patris nuptijs ſecundis, Anno 1110. Habuit Cunegunda

gunda quatuor ſorores, quæ nobiliſſimis Saxoniæ & Turingiæ Principibus deſponſatæ ſunt, vt idem Chron. Sed maritos earum nondum indagare potui. Fuit autem hic Comes Bichlingenſis Cuno ex Saxonica VVitekindæa familia Sereniſſima & Illuſtriſſima oriundus, (ideoq; & nobiliſſimus Princeps à Pegau. dicitur) Filius videlicet Ottonis Ducis Saxoniæ & Bauariæ, qui & Viſurgianus interdum dictus eſt, & hoſtis Heinrici IV. Imp. præcipuus fuit in Saxonia, Pater Heinrici cogn. Craſſi, Com. Northemij in Friſia occiſi &c. Ab hoc Cunone (cum vetus illa ſtirps Bichlingenſium, quæ in Chronicis Turingicis à Iulij Cæſaris temporibus fabuloſè, vtputo, deducitur, extincta eſſet) nouam Comitum Bichlingenſium familiam, quæ paulò ante noſtra tempora & ipſa deſijt, & cuius bona nobiliſſima VVerterorum familia nunc tenet, propagatam eſſe vulgò volunt, quemadmodum indicaui in Com. Myſn. lib. 1. Tit. XIX. & in Progymnaſm. nouæ Hiſtoriæ Sax. f. 121. vbi autores huius ſententiæ allegantur.

Sed ad VVipertum III. reuertamur. Huius ſub Anno 1096. mentio fit in Chronico Pegauienſi, quod precioſam Cycladem monaſterio à matre ipſius doni loco oblatam, in Italiam profecturus abſtulerit.

Anno 1111. poſt bellum in Polonia iuſſu patris Boriuuoyum reſtituit in Ducato Bohemico. Et paulò pòſt in Bohemia captus ab Heinrico V. Imp. in Hammerſteini arcis cuſtodia detentus eſt, donec ſequenti anno à patre, qui vrbem Lisnigam pagos Niſen & Budiſſin vnà cum Morunga pro eo dedit, liberaretur: Quo ipſo gratiam Imperatoris conſecutus Eckardbergam ab eo accepit, & patre neglecto, Anno 1113. Imperatori contra eundem adhærens Naumburgo inhiauit, ſed ſpe ſua fruſtratus eſt. & ad patrem redijt. Sequenti Anno idem, cum pater captiuus & capitis damnatus iam plectendus, traditus eſſet Conrado de Pliſna militi, ſuas ut quorundam Groizam etiam pro patre liberando tradidit: Sed cum Imperator contra promiſſa & fidem ageret, vnà cum fratre Henrico ſe ad Saxones Imperatoris hoſtes contulit, vt vel eo modo patris ſaluti & libertati conſuleret, Idoq; anno 1115. cum alijs conſpirat & Imp. Saxonibus valdè iniquum & moleſtum oppugnat, quare & maieſtatis rei vnà cum Lothario Saxone iudicati ſunt. In eo exilio ſuo receptus

eſt, ab Adelgotto Magdeburgenſe Antiſtite propinquo ſuo, qui ea de cauſa ab Imperatore exauctoratus eſt Eodem anno in prælio VVelpheshołzēſi ſingulari certamine congreditur cum Hogero Mansfeldenſi, à quo pater captus erat, eumq́; interficit. Anno inde 1117. ſua ferè omnia recuperat. Occupata .n. vrbe Devvino, in qua magnā prædā conſecutus eſt, & 24. vicinis municipijs captis Groizā auxilio Adelgotti & Gertrudæ Marchioniſſæ Saxonicæ, obſeſſam etiam recipit, ſed interuenit bellū Numburgenſe, in quo cum Heinricum cum Capite cognominatum, Cæſari cariſſimum cœpiſſet & ad Adelgottum duxiſſet, VVipertus ſenior vnà cum captiuitatis ſocijs Lud. Turingo, & Burckardo Myſn. permutatione dimiſſus eſt, Atq; ita tum filius patri liberationem præſtitit.

Quando diem ſuum obierit neſcitur, ſed ante patrem obijſſe, argumēto eſt, quód Pegauienſe Chronicon ſcribit, Vipertum II. bellicoſum inter vxorem ac filium ſepultum eſſe.

HEINRICVS fuit Anno 1109 vnà cum patre & fratre in Comitijs ſeu conuentu Moguntino ab Heinrico V. celebrato, quo tempore domi mater ipſius mortua eſt.

Anno 1114. Propter parentem à Cæſare in vincula coniectum, et vrbem Groizam, quam λύτρον Imp. acceperat, ſed parentem nihilominus in carcere Dreiſelſenſis arcis munitiſſimæ, quæ in VVasgouia ad Rhenū ſita eſſe ſcribitur detinebat, amiſſam, ob perfidiā illam, vnà cum fratre ad Saxones tranſit. Cæſarē oppugnat, quare & maieſtatis cū complicib. damnatus eſt, & exul vſus latibulis ſyluarum, & ferarū more vitā ſolitariam & vagam degere coactus eſt. A morte patris in Burggrafiatu quidem Magdeburgenſi eidem ſuccedit, ſed Marchia eius, Luſatiæ videlicet, occupatur à duob. Comitibus Adelberto (qui Vrſus eſt cognominatus) & Conrado (Magno ſeu Pio deinde dicto) qui & priori anno auxilijs Lutheri Ducis Saxoniæ Marchiam (Myſniæ) poſt obitum Heinrici iunioris Marchionis VVigberto cuidam prædiuiti, (Ego de VVigberto II. ſetiam intelligo) & Hermāno Com. VVinceburgenſi, qui prouincialis Turingiæ Comes, ſeu Landgrafius extitit, ab Heinrico V. Imp. traditam, armis recuperarant, vtpote hæreditatis iure ad ſe pertinentem. Obtinuit itaque Adelbertus Marchiam Luſatiæ vſque ad An. 1138 quo Cæſar Adelberto iratus,

huis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

huic Heinrico eam reddit, quam & ad vitæ finem retinuit, cum interea ſemper Burggrafius Magdeburgenſis fuiſſet, atq; ita alteram patris dignitatem etiam recuperaſſet, quod vtrumq; ex Appendice Chronici Pegauienſis & Lauterbergio atque Sampetrino Erfurdiano Chronicis habeo. Obijt 1136. in Comitijs Moguntiæ vt habet Lauterb. Chron. Igitur huius Marchiam à Lothario Cæſare conſequitur Marchio Myſniæ Conradus, qui, vt & iam mentio facta eſt, Myſniæ Marchiam prius anno 1123. vt habent Pegau. & Sampetrinum Erford. ab obitu Heinrici iunioris Marchionis, excuſſis VVigberto, & Hermanno VVinceburgio, adeptus erat, quod Lauterbergius ad annum 1127 refert, ſed vtra pars hac in re iuſtum annorum numerum exprimat, nondum diſcernere queo. Filios iſti tribuo Heinricum II. & Fridericum.

BERTHA, Elocata fuit Dedoni filio Timonis Com. VVetynij & Landsbergij fratri Conradi March. Myſn. &c. de quo modo aliquid dictum. Repudiatam fuiſſe apparet ex Lauterbergio ſub Anno 1124, vbi narratur, quod præſulum conſilio eam receperit, & iter Hieroſolymitanum ingreſſus ſit, inchoato prius cœnobio S. Petri in monte Sereno ad Halam, quod frater Conradus deinde perfecit. Reuerſus eſt autem Dedo ex Palæſtina, & partem ligni de cruce Chriſti, vt credidit, ſecum tulit, eamq; cœnobio dedit, nec ita diu poſtea mortuus eſt.

Obijt Bertha Anno 1143, vt arbitror. Nam in appendice Chronici Pegauienſis ita ſcriptum eſt: Bertha de Morunhen filia VVicperti Marchionis obijt. Fuit autem Morungen in bonis VVicperti, vt notum eſt, ex hæreditate materna. Sed confirmatur idem in Lauterbergenſi, qui ſcribit de ſequenti Anno, obijſſe Bertham Comitiſſam, Dedonis Comitis, fratris Conradi Marchionis, Myſnenſis & Orientalis, vxorem 17. Cal. Iunij. Eadem Bertha Dedoni Conradi Myſnici F. qui Comes vulgò Rochlicenſis dictus eſt, dono dedit Comitatum Groicenſem, proprietatem ſuam, vt vocatur, quapropter & Groizenſis Comes ferè apud eundem ſcriptorem appellatur, Enutrierat enim ipſum loco filij. Filia autem Berthe & Dedonis fuit, MACHTILDIS, nupta RABODONI Comiti, aduocato ſeu Præfecto Bambergenſi (vt appendix Lauterberg.) Hæc Bertha præpoſituram in Scolen in honorem B. Virg. Mariæ funda-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

fundauit, & ſatis abunde dotatam, Eccleſiæ Pigauienſi à patre extructæ, incorporauit.

HEINRICI I. POSTERITAS.

Fuimus hactenus plerique decepti à Broduſio de auctoritate Lauterbergij, cuius verba ſtrictius intellexit, ſcribente Heinricum I. ſine ſobole extinctum eſſe, quia ille ſcilicet de nulla eius poſteritate, legerat, quam ſententiam ego quoque ſecutus alicubi ſum, cùm nondum ipſe fontes Hiſtoriarum noſtrarum penitus inſpexiſſem, quam me nunc denique meliora edoctum corrigere non diffiteor. Et dubitationem quidem omnem tollere nobis poſſunt tot documenta ex Chronico Buchauienſi, & illuſtrium et Generoſorum Comitum Liſnicenſium in hac terra monumentis deſumenda, de quibus poſteà, cum de nobiliſſimorum RANZOVIORVM ſtemmate dicendum erit, plura dabimus, quæ nunc in eum locum reijcienda cenſemus. Sanè vt hic pauca referam, viuunt adhuc in his regionibus homines fide digniſſimi, (ex ijs qui aliquando in adoleſcentia ſua HVGONI Comiti Liſnicenſi vltimo defuncto, à miniſterijs fuerunt, inter quos eſt integerrimus vir Ambroſius Francus Quæſtor Torgenſis) qui Hugonem genus ſuum ad VVipertum bellicoſum referentem gloriari audiuerunt, & tabulas artificioſas pictas oſtentantem, in quibus & effigies fuit Viperti, & res præcipuæ ab eodem in bellis geſtæ. Et curauit idem Hugo in libris Buchauienſibus & alibi ſemper ad inſignia ſua appingi VVipertum, ſed reliqua differemus,

HEINRICVS igitur II, Heinrici I. Marchionis Luſatiæ & Burggraſij Magdeburgenſis F. (Nam Groizam & Morungam amica eius Berta tenuit vt dictum eſt) Burggrafius Liſnicenſis ſolus fuit, vt aliter nobis non conſtat, qui Illuſtrem VVIPERTINAM familiam propagauit. Hic Anno 1143. vnà cum Burggraſio Myſnenſe teſtis fuit in literis Conradi III Imperatoris quibus fundatio cœnobij Chemnicenſis à Lothario eius anteceſſore Anno 1125. vt habet Monſterbergius, inſtituta, confirmatur. De vxore eius nondum quicquam legi: Tribuo

autem duos illi filios, Heinricum IIII. & Ottonem, qui bifurcatam deinceps faciunt familiam, quarum illa in Myſnia manſit titulo Burggrafiorum, & Comitum Liſnicenſium, hæc in Holſatiam, vnde prima ſtirpis origo eſt, reuerſa, adhuc hodie floret.

Fridericus de Groitz fuit Aduocatus Eccleſiæ Pigauienſis ſub Imperio Heinrici VI. Barbaroſſæ. F. quod durauit ab Anno 1190. per annos 8. ex conceſſione Imp. ad quem ſpectat Aduocatia eiuſdem Cœnobij, ita tamen, vt eligat Abbas quem velit, & quamdiu velit, eum retineat, Lauterberg' ſub anno 1123. in Hiſtor. Siffr. Abb. Pegau. qui eo anno obijt.

HEINRICI II. FILII.

HEINRICVS III. Burggrafius Liſnicenſis, ſeu præfectus, ſeu Caſtellanus (nam his vocabulis ſcriptores de re eadem vtuntur) in Liſnigk, cuius in Chronico Bugauienſi mentio eſt, Fundauit Cœnobium BVCHAVIENSE, quod alio nomine Jgenthal dicitur, id eſt vallis S. Egidij, (Nam prius nomen villæ adiacentis eſt) à patrono videlicet religioſorum eius loci, ſitum ſupra Muldam, vt loquuntur literæ Friderici Barbaroſſæ Imperatoris, iuxta caſtrum Liſnig, Anno 1192. quo ex Sittichenbachenſi cœnobio diœceſis Halberſtadenſis conuentus nouellus ordinis Ciſtertienſis eò miſſus eſt 4. Id. Auguſti, inter quos primus Abbas erat Hildebertus, qui exacto ibidem decennio obijt idibus Maij. Confirmata eſt fundatio ab Heinrico VI. Imp. Anno eodem, Indict. X Anno regni eius XXIII. Imperij verò 11. &c. Hæc autem fundatio ſuſtentationi 12. tantum Monachorum præter Abbatem ſuffecit. Obijt Heinricus egregius præfectus de Liſnig vel Burggrafius, vt loquitur in Buchauienſi Chronico Zopachius Anno 1203. ſepultus in templo Monaſterij ſui ante ſummum altare in medio gradus presbyteri, ſub grandi lapide ſepulchrali. Vxor eius fuit, Clara, quæ vocatur ingenua venerabiliſque Matrona. Origo generis non eſt annotata. Hic reſpondendum erat ad id, quod Fabricius in annalibus Myſnæ vrbis dicit, Monaſter. Buchau.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

ad Zopæſt, oſtium in Oſterlandia conditum eſſe à Friderico fratre Ottonis, qui Conradi Marchionis Myſniæ & Luſatiæ Principis potentiſſimi filius fuit, circa Annum 1184 quo tempore ferè etiam Monaſterium Zillenenſe (quo loco nunc VVechſelburgum arx Generoſorum & Magnificorum Baronum de Schonburg &c. eſt) a Dedone Rochilicio, cui Berta Groizam dederat, item Doberluchenſe à Diderico Conradi F. & Brenenſe, à Friderici, qui itidem Conradi Filius fuit, filijs Ottone & altero patri cognomine, etiam extructa ſunt: Deinde quod alij ſcribunt. Ottonem ipſum Marchionem Myſnenſem, Buchenſis cœnobij eſſe fundatorem: quibus aſtipulatur Pirnenſis Monachus, qui Ottonem Dedonem Com. Rochlicium fratrem adiungit, & exprimit tempus Anni 1176. qua de re VVolgangus Fuſius vir doctiſſimus Anno 1151. inſtinctu Pauli Greſij Cygnæi boni, & hiſtoriarum ſtudioſi viri, ad Antonium Siffridum Zopachium Monachum Buchauienſem ſcripſit. Verum non difficilis eſt explicatio. Non dubium enim poſt Myſniæ Principes Conradi Marchionis filios, principes tum diuitijs, & potentia claros, tum pietatis paternæ æmulos, multa tum cœnobia condidiſſe, multorum extructionem, quam alij vel illorum inſtinctu, vel ſponte ſua inſtituerant, liberaliter iuuiſſe, Eaq; ratione nihil huic ſententiæ decedit. Nam & Otto eodem ferè tempore id eſt, paulo ante, magnificum cœnobium Cellenſe ad Muldam, quod vetus appellatur, de nouo extruxerat, & regio ſumtu dotauerat, & Portam ad Salam denuò quaſi fundauerat ab incommodo loco ad magis commodum tranſferendo, & alijs præſidijs inſtaurando, quemadmodum & horum filij atq; poſteri maiorum veſtigijs inſiſtentes idem poſtea fecerunt: qua de re alibi dicendi locus erit.

Deinde vſitatum fuit, quod ſubinde alij atq; alij primis fundatoribus ſucceſſerint, quemadmodum & Buchauienſe cœnobium ſuos deinde repetit quaſi ſecundarios fundatores. Albertum videlicet de Seeberg. militem, & Barones de Coldiz, quorum ille qui Anno 1221. ibidem ante ſummum Altare verſus auſtrum ſub ſepultus eſt grandi petra cum duobus verſibus Epitaphijs, monaſterium eluuionibus præcipuè deſtructum, & ad egeſtatem redactum, vna cum vxore ſua Margaretha in-

 ſtaurauit

ſtaurauit, & ædificijs atq; prouentibus ita auxit, vt 20. Monachos alere poſſet. Hi verò fratres, Thimo, Volradus, & Vlricus Heinrici & Adelheidæ filij, præſertim verò Thimo cum vxore Agnetæ circa annum Domini, 1240. 1245. et vndecim annis pòſt ita priorum liberalitatem vicerunt, vt deinceps 30. Monachi facilè ſuſtentari poſſent. Sed hæc fortaſſe non ſunt huius loci. Quod autem præcipuus fundator Heinricus Liſnicus, de quo diximus fuerit, probat Zopachius aliquot Diplomatis, vt Siffridi Præfecti, id eſt, Burggrafij Liſnicenſis, Brunonis II. Præſulis Myſnenſis, Heinrici Myſnenſis Epiſcopi, ex quibus patet eiuſdem Heinrici Burggrafij permutatione pro Parochia in Eichſtede (quæ in ipſius Præfecti prædio ſita fuit, non in Bauaria, vt ineptè meo iudicio ſentit Meyerus) Heinricum VI. Imperatorem tradidiſſe cœnobio Buchauienſi Parochiam in Liſnig ad S Matthæum, quæ donatio facta eſt Anno ſtatim proximo à fundatione, ſed ab alijs deinde approbata. Fuit, vt & hoc addamus, congregatio ea Monachorum ſubiecta Regulæ D. Bernhardi, ſub ordine Ciſtertienſium, ad Myſnenſem pertinens Diœceſin. Et lautum oppulentumq; fuiſſe cœnobium, vel ex vulgari rithmo apparet, qui dicterij locum hactenus obtinuit: Cell & Buch, faciunt vnum Doberluch. Atq; hic eſt conditor nouæ quaſi familiæ LISNICENSIS, qui ex clara ſuſtulit Siffridum, Alberonem, & Hermannum.

Otto I. Burggrafius Liſnicenſis. Hic tempeſtate belli, vt loquitur appendix ſeu fragmentum Hiſtoricum in monaſterio Buchauienſi ſcriptum, in regionem transalbianam, & Vandaliam, id eſt Holſatiam & loca vicinia Saxoniæ profectus eſt, ex quo loco aduenerant maiores eius, & VViperti bellicoſiſſimi illius comitis, à quo & Caſtellani Liſnicenſes (retineo ferè verba Chronici) deſcenderant: Vbi & proſapiam, quæ, vt teſtatur idem, hodie durat, condidit, nobiliſſimorum equitum ſeu militarium, vt antiquo vocabulo vocantur, de RANIZOVE. Huius eſſe credo inſignia in Reinfeldenſi monaſterio ad Trauenam fl. qui limes eſt Holſatiæ, & Saxoniæ inferioris ſito, ſuſpenſa Anno 1186. vt habet publicata iam aliquoties Genealogia Ranzouiana: & quidem proximo loco poſt fundatoris Adolfi III. Comitis Schaumburgenſis & Holſatiæ,

quæ ſequuntur deinde aliorum ex præcipuis in Holſatia nobilibus, inſignia. Sine dubio autem ideo proximum locum à Principis armis occupant Inſignia Ranzouiana quia non ignotum Principi fuit, eos ducere originem ex vetuſta & nobiliſsima familia Holſatica, quæ aliquando rerum ibi potita fuiſſet. Nec alia de cauſa deinceps in ciſta priuilegiorum Holſaticorum, poſt principus & Epiſcoporum inſignia ſtatim RANZOVIANA appicta ſunt. Filios habuit Schalkonem, Iohannem & N. De quibus poſtea. Nunc enim relicta hac linea de LISNICENSIBVS, quorum ſtirps interijt priori loco agemus.

POSTERITAS HEINRICI III. BVRGGRAFII LISNICENSIS, QVI IN MYSnia propagauit Illuſtres & generoſos Comites Burggrafios in Liſnig, Dominos Penicij, & Rosburgi, ad Muldam, & aliquandiu etiam Strelouiæ ad Albim, atq; Mutzouiæ, tandem quoq; Topauiæ, & Nemopulauia in Bohemia.

SIFFRIDVS Præfectus, ſeu Burggrafius Liſnicenſis, vixit adhuc Anno 1217. quo monaſterio Buchauienſi donauit montem dictum Liſnig (hodie die letnitz, vt vult Zopachius) prope oppidum Liſnicenſe ſitum. Sepultus eſt ſine dubio in Buchauia etſi expreſſum eius rei nondum mihi ſit teſtimonium. Huius & fratrum tempore Anno 1209. caſtrum Liſnig in patrimonio Imperatoris fuiſſe ſcribit Arnoldus in continuatione Hiſtoriæ Helmoldi Slauicæ, lib. 7. cap. 18. Anno 1224. Siffridus Præfectus de Lizenick vnà cum Doninenſi, Aldenburgenſi, Miſnenſi, Devvinenſi, Cicenſi, Kirchbergenſi Præfectis, id eſt, Burgrafius, teſtis eſt in literis Cellenſi Abbatis. Anno 1233. 8. Calend. Martij, eiuſdem Siffridi Burggrafij, de Lizenik, & fratris eius Alberonis ſit mentio in literis Heinrici Epiſcopi Myſnenſis, quod ambo iure feudali ab Epiſcopo tenuerint villam Cozzebude (quæ inter Myſnam & Dresdam ſita hodieq; Collegij Canonicorum Myſnenſium eſt) atq; ab ipſis rurſus Bertholdus de Sconoue miles, qui eam tum vendidit Heinrico Maiori præ-

poſito Myſnenſi. Itaq; reſignarunt iuri ſuo tàm Liſnicij quàm Sco-nouius.

ALBERO. I. Burggrafius de Liznik, Tenuit feudum Cozzcabudæ idq; reliquit, vt iam in Siffrido dictum eſt, Anno 1233. Anno 1244. Indict. III. 15. Calend. Martij, fuit teſtis in literis Heinrici cogn. Illuſtris Marchionis Myſnenſis &c. quibus Vicariam quandam in Eccleſia Myſnenſi, in honorem fidelis & deuoti Miniſtri Conradi Machſeruij dotauit, vt loquuti ſunt Anno 1252. Indict. X. II. Calend. Iunij. Myſnæ, vnà cum Meinhero Burggrafio de Myſne, Aberto Burggrafio de Devvin Alberto Comite de Rabensvvalde, Rudolpho de Luppe milite, Et Epiſcopis, atq; alijs quibuſdam Prælatis interfuit tranſactioni inter Heinricum Landgrafium Turingiæ, & Marchionem Myſniæ &c. & Conradum Epiſcopum Myſnenſem, de bonis VVurzinenſibus, quæ Eſiconis Comitis fuerant, & poſt eius obitum ad Imperium deuoluta ab Ottone tertio Imp. Monaſterio, id eſt, Epiſcopatui Myſnenſi dòna data erant. Vxor eius N. Burggrafia Myſnenſis filij eius fuerunt Meinhardus, Albero II. & Albertus.

HERMANNVS Burggrafius Liſnicenſis. Vulgò tantum Comes Liſnicenſis in literis dicitur, fortè quia ipſi nihil rei fuit cum præfectura illa Cæſarea, quam reliqui fratres Laici tenuerunt, Canonicus Myſnenſis in Eccleſia illa nobili, quæ INGENVA dicta eſt, propterea quod à iuriſdictioni Metropolitani exempta, ſoli ſedi Romanæ immediate ſubiecta ſuit, etſi eam Archiepiſcopi Magdeburgenſes aliquoties ſub ſua iura trahere, & ſuffraganeam efficere conati ſunt. Qua de re alibi dicendum. In literis Brunonis Epiſcopi Myſnenſis teſtis eſt Hermannus de Liznik, Canon. Myſn. Anno 1227. Idem Anno 1233. in literis Heinrici Epiſcopi Myſnenſis 8. Calend. Martij datis teſtis adducitur. Idem Anno 1244. Indict. III. 14. Calend. Martij in literis Heinrici Illuſtris, de quibus iam in Alberone diximus, adhibetur. Idem Anno 1245. nominatur à Rege Bohemiæ VVenceslao Dilectus Capellanus qui & eidem, ad vitæ tempus conceßit bona quædam quæ deinde ad Obedientiam Dominicalem (beneficium Eccleſiaſticum ſic vocatur) pertinerent. Eiuſdem teſtimonium aduocatur Anno 1250. in literis Conradi I Epiſcopi Myſnenſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

ALBERONIS I.

FILII.

MEINHARDVS Burggrafius ſeu Caſtellanus Liſnicenſis, vel potius, vt credo, MEINHERVS, quod nomen ei ſine dubio à materno auo, Burggrafio Myſnenſi, quantum ego conijcio, inditum fuit. De hoc nihil nobis conſtat, niſi quod ab Ant. Zopachio in Chronico Buchauienſi laudetur à pietate, & munificentia erga Monaſterium vnà cum filio Meinhardo. Filij eius fuerunt Meinhardus & Erhardus.

ALBERO II. Burggrafius Liſnicenſis, captus eſt Anno 1276. dolosè, cum Principibus Myſniæ ab Erico Epiſcopo Magdeburgio, & Fratre eius Ottone Marchione Brandenburgenſi, vt refert Chronicon Germanicum, quod Myſnenie vulgò dicitur, ſed Cellenſe eſſe putatur. Elapſus verò ex cuſtodia, vnà cum Friderico Marchione Myſnenſe de hoſtibus vindictam ſumſit &c. Anno 1284. Alberto Burggrafius de Lisnik teſtis eſt in literis Theodorici Marchionis de Landſberg, datis in Rideburg pro exemtione Eccleſiæ in Kolmen V. Id. Nouembr. Dipl. Lauterb. Id. Anno 1288 fuit inter executores publicæ pacis aduerſus prædonum, & latrocinia exercentium factionem, qui poſt obitum Marchionis Myſniæ, & Landgrafij Turingiæ Heinrici cogn. Illuſtris, & munifici his terris moleſti fuerunt, delectus ad id munus in publico fœdere, quod in Principum conuentu Grimæ tempore brumali ictum eſt à proceribus Turingiæ, Myſniæ, & Anhalti, vnà cum Epiſcopis Myſniæ tribus. Habuit eius rei ſocios Ottonem Comitem Arnsbugium, Meinhardum Burggrafium Myſnenſem, Voitum ſeu Aduocatum Plauenſem, Anargum Baronem VValdenburgium, Heinricum Baronem Coldicium, viros nobiliſſimos, & præſtantiſſimos. Anno ſequenti Albero Burggrafio de Lizenik vnà cum alijs teſtis adducitur in literis Friderici cognom: Tutonis Marchionis Myſn. Orientalis, & de Landſperg, ſcriptis pro libertate Eccleſiæ Myſnenſis in quibus promittit, ſe ſubſidium publicum ex bonis Eccleſiæ non amplius exacturum &c.

Anno 1290. in eiuſdem Tutonis literis Mersburgi, & alijs deinceps Dreſdæ datis teſtis eſt. Eodem anno in literis Rodolphi Imp. Erfordiæ Id. Martij datis (vbi indictione III. annus notatur) quibus Priuilegium

uilegium Innocentij Papæ de pace tàm hominum quàm poſſeſſionum Eccleſiæ montis Petrini Lauterbergi ſubiectarum confirmat, teſtis eſt Albertus Burggraſius de Lizenik. Ex Dipl. Lauterberg. vt & anno ſequenti, & poſtea 1294. in eiusdem Tutonis.

Anno 1283. apud gentiles ſuos hunc Alberonem & filium eius Erhardum, præfectos ſiue Caſtellanos in Liznig (hic enim ſolus cum patre nominatur) in Myſnia fuit Schalko, Schalkonis F. militaris de Ranizoue, qui ſecum habuit Ottonem, & Britolfum primogenitum & ſecundo genitum inter decem filios, de quibus plura in Ranzouiana linea. Vxor Alberonis fuit N. VValdenburgia (vt ex Monſterbergio, ſi modò is avunculi vocabulum rectè vſurpauit, & non pro cognato in genere vt alibi reperitur poſuit) Comitiſſa ſeu Baroniſſa. Vterq; enim titulus à diuerſis ſcriptoribus ei familiæ tributus eſt. De inſignibus eius familiæ alibi. Nati ſunt ei Otto, & Albertus.

ALBERTVS Burggraſius Liſnicenſis, primò Præpoſitus Myſnenſis Eccleſiæ, Inde Epiſcopus eiuſdem Anno 1299. conſtitutus fuit, Dictus III. eius nominis, ſecutus in ea dignitate Bernhardum de generoſa Dynaſtarum Cameniziorum familia, qui Albertus etſi præfuit Præſulatui tempore difficillimo, & bellis ciuilibus, atq; exterorum irruptionibus calamitoſiſſimo: tamen arcem Stolpinam recuperaſſe ſcribitur, quæ à Brunone II. Epiſcopo Myſnenſi empta fuerat, ſed ab Eccleſia poſteà abalienata erat. Obijt 1312. 5. Non. Martij. Huius vt arbitror Epiſcopi, quantum ex inſignibus coniectura aſſequi licuit, oſſa effodi in templo Cathedrali Myſnæ vidi, cum N. Carolovvicia, Domini Georgij Comitis Palatini & Canonici Magdeburgenſi, Myſnenſis, Naumburgenſis &c. mater ſepulturæ traderetur, & pedum ipſius Epiſcopale, calicemq;, qui cum eo inhumatus fuerat, manibus meis contrectaui ſimulque antiquitatem ſimplicem admiratus ſum.

De Meinhardi I. poſteritate primo loco explicabimus, nam ea ante Alberonis II poſteros deſijt.

MEINHARDVS II. prædicatur à Zopachio, ob pietatem & liberalitatem in Monachos Buchauienſes, qua in re exemplum patris habuit.

Erhardus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Erhardus Burggrafius Liſnicenſis, benefactor cœnobij Buchauienſis, exemplo fratris, patris, aui, proaui Anno 1308, diem ſuum obijt auctore Zopachio, & ſine dubio Buchauiæ ſepultus eſt. Filij eius ſunt Albertus & Heinricus.

ERHARDI FILII.

ALBERTVS Dei gratia ſenior Burggrafius de Liznig. Anno 1330. die 30. Iulij vendidit Domino Heinrico Plebano in Hayn duo talenta annui cenſus in Lutinvviz, qui ipſi ex morte Hekilmanni, & VVernheri de Nuendorff vocaverant, vt loquitur Diploma. Inſigne eius infra dabitur. Habuit filios Heinricum, Albertum, & alios præterea, quorum nomina non ſunt nobis nota. Conſtat verò de re ipſa ex Diplomate horum fratrum.

HEINRICVS, Caſtellanus de Liſnig, Benefactor Buchæ. Nam ſcribit Zopachius cum ſe perſimili, atque maiores eius, manſuetudine fauorabilem erga Buchenſes fratres exhibuiſſe, et vitæ ſpiritum cœleſtibus auris afflaſſe Anno 1345. Filius eius fuit Heinricus hoſtis Monaſterij.

ALBERTI SENIORIS LIBERI.

HEINRICVS Burggrafius de Liznig Dominus in Strela vnà cum fratre Alberto literis idiomate Teutonico, quod tum inſolensfuit, ſcriptis renunciauit iuri ſuo, quod habuerat in molendino medio Hildebrandensdorffij ad riuum Scremſniz. Idem cum eodem fratre ſuo, (titulo tamen Strelenſi omiſſo) vendidit Theodorico Medicinæ Magiſtro Eccleſiæ Myſnenſis Decano, Friderici Thuring. Landgrafij Myſn. & Orientalis, & in Landſperg. Marchionis, Com. in Orlemundæ, & Domini terræ Pliſnenſis, & progenitorum ipſius miniſtro, aliquot manſos in villa Gryn & Boyl apud ſtrenuum Frizonem de Giſelvviz, qui contractus per Principem approbatione confirmatus eſt, Anno 1361. Feria ſecunda poſt Bonefacij.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Albertus Burggrafius de Liznig Dominus in Strela. De hoc eadem quæ de fratre obſeruanda. Inſigne eorum infra dabimus, quod idem ferè eſt cum patris Alberti Senioris Diploma Germanicum hic aſſcribendum putaui propter vetuſtatem.

Wir Heinrich vnnd Albrecht/ Brůdir/ Burggraffin von Lisnick/ Hrern zu Strele/ bekennen öffentlich an dieſem gegenwertigen Brieffe/ vnnd thun kunt allen den/ die dieſen Briff ſehen oder hören leſen/ das wir an der Mittelmöhl/ die do ligt bey Hildebruna dis Dorff an dem Waſſer/ das da heiſt die Schremſenitz/ keinerley Rechten haben. Vnd were das wir kein Recht hetten/ oder gehabt hetten/ das vorzeihen wir vns williglich vnd mit wolbedachtem mute/ vor vns vnnd vnſer Brůder vnnd Erben an dieſem Briffe/ der geben iſt nach Gottes Geburt Tauſent Jahr/ dreyhundert Jar in dem ſieben vnd funffzigſten/ vnter vnſer Brůder Jnſiegel.

Ex hoc Diplomate apparet, & fratres horum fuiſſe natū maiores, vtpote quorum ſigillo vſi ſunt. (Nam minorum natu Sigillo vſos eſſe quis credat?) Et hæredum etiam mentionem fieri, de quibus nobis nihil conſtat.

HENRICI, QVI ALBERTI SENIORIS FRATER FVIT, *Filius:*

HEINRICVS Burggrafius Liſnicenſis. Sub hoc Anno 1354. Parochia Liſnicenſis, quam fundator Heinricus antea à cœnobio dederat, vt dictum eſt, etiam ratum id habente Imperatore, denuò Monaſterio Buchenſi incorporata eſt, vt loquitur Diploma, cum omnibus fructibus obuentionibus &c. Anno 1361. cœnobij Buchauienſis à maioribus ſuis extructi, & liberaliter conſeruati hoſtis factus eſt, idq́ſub Abbate Nicolao Hobero Rochlicenſe vexauit per annos quatuor & vltrà donec

Anno

Anno 1365. Die S. Euſtachij omninò ſuccendit, & exußit, ſed eo ipſo à Principibus Myſniæ, tribus fratribus bello petitus, Liſnicio oppido pr certa pecuniæ ſumma vendito cedere coactus eſt. Meterus dicit factum eſſe in dißidio inteſtino fratrum, quo alter alteri ægre facturus cœnobium tandem combuſſerit, ſed Zopachius ne minimam quidem eius rei mentionem facit. Hiſtoria petenda eſt ex Zopachio. Apud hunc gentilem ſuum Anno 1362. fuerunt Kagenberus, & Otto militaris de Ranizoue. Ottonis de Ranizoue & Iutta, quæ ex Ducali ſtemmate fuit, vt Appendix ſeu fragmentum Hiſtoricum iam citatum, teſtatur, filij. Qua de re ſuo loco plura. Forte huic frater Albertus fuit, vt de eo intelligendum ſit illud, quod de Alberti Senioris filijs relatum eſt, ſub Anno 1361. de venditis bonis in villis Geyn & Boyla.

ALBERONIS II. QVI MEINHARDII FRATER FVIT.

poſteritas.

Otto Comes Leiſnicius vixit Anno 1312. Hunc Seniorem vocatum conijcio ex cognomine filij.

Filios habuit Alberonem III. Ottonem, & Georgium.

Albertus Burggrafius Liſnicenſis, Canonicus Myſnenſis Eccleſiæ, Anno 1319. Albertus de Liſenik præpoſitus VVurzinenſis teſtis eſt inter Canonicos Myſnenſes, in literis VVitegonis II. Epiſcopi Myſnenſis. Anno 132. Albertus de Liſnik Canonicus & Cantor Eccleſiæ Myſnenſis teſtis ſubſcriptus eſt in eiusdem Epiſcopi Diplomate Anno 1329. Dn. Albertus de Lyſnik Burggrafius, Præpoſitus, ſubſcripſit in literis Friderici Landgrafij Turingiæ Myſnenſis, & Orientalis Marchionis, Domini terræ Pleiſſenſis, qui Grauis cognomentum habuit. Et eodem anno in literis VVitegonis ſecundi Epiſcopi Myſnenſis. Anno verò ſequenti ſubſcriptione nominis ſui, qua Præpoſitus perhibetur confirmauit literas Stuchoutenſis Monaſterij quod Dobelinum ad Muldam translatum eſt. Additur dies literis annunciationis Mariæ ſacer. Et eodem anno atque die iterum refertur in literis VVitegonis. Anno deniq; 1339. idem VVitego Albertum Præpoſitum eiuſdem Eccleſiæ dictum de Liſnik appellat

auunculum ſuum dilectum in literis datis Mogelini 8. Cal. Nouemb. Fuit autem VVitego gente Coldicius, vt antè dictum.

OTTONIS POSTERITAS QVÆ PENICII FERE HABITAUIT.

ALBERO III. Burggrafius Liſnicenſis Anno 1334. tenuit Penicium, ibiq; aulæ ſedem habuit. Vxor eius fuit Beata ex Illuſtri Principum Anhaltinorum ſtirpe, vt annotauit Sebaſtianus Meierus, & teſtatur pictura quædam Penicij, in templo, de quo poſtea plura dicentur. Hunc credo eſſe eum, qui inter Benefactores Buchouienſes recenſetur à Zopachio, & mortuus eſſe ſcribitur Anno 1349. Semper autem in ea fui opinione Penicium antea fuiſſe Burggrafiorum de Aldenburg, eò quod oppidum illud pro inſigni geſtet roſam, quam in Aldenburgenſium Comitum armis fuiſſe ſcimus. Ferè enim oppida olim inſignia acceperunt Dominorum ſuorum clypeos referentia. In hac ſententia deinde confirmatus ſum lectione Monſterbergij qui teſtatur Albertum, & Theodoricum Burggrafios de Aldenburg, Alberto Abbati Chemnicenſi è caſtro ſuo Rogſperg, & forenſi ciuitate Penig, in compenſationem damnorum illatorum dediſſe ſex marcas argenti annuas cum promiſſione amplioris liberalitatis Anno 1301.

Otto II. Burggrafius de Liſnik. Hic teſtis adducitur in literis Eckenpoti Burggafij de Starckenberg, quibus bona quædam in Guederiz donauit monialibus in Cronſvviz, datis Aldenburgi, Anno 1327. Feria III. poſt Dominicam Iudica. In illis literis tribuitur ei cognomentum iunioris. Deinde Anno 1349. Feria V. poſt feſtum Nicolai, Otto Dei Gratia Burggraſius in Liſnik, & Dominus in Rochſperg, agros, quos Præpoſitus in monte ad Aldeburgum à ſtrenuo famulo Galfrido de Poptzin emerat, eidem Monaſterio appropriauit, vt tum locuti ſunt. Idem Otto Burggrafius Liſnicenſis Dominus Penicij ſeu Penigæ, Anno 1352. teſtis eſt in literis vernacula lingua conſcriptis ab Illuſtriſſimis Myſniæ & Turingiæ Principibus Friderico, & Balthaſaro. Anno 1358 Penicij

habitauit

habitauit, & vxorem habuit Eliſabetham ex Burggrgrafiis Aldenburgenſibus. Meierus ex literis Penicenſibus. Otto Burggraſius de Liſnik anno eodem ex mandato Friderici & Balthaſari Principum transegit inter Scholaſticum Eccleſiæ Myſnenſis, & Gerhardum Lubſchvvitz, diſceptantes de quibuſdam bonis in Ringethala Eaq; transactio Dreſdæ à Principibus confirmata. Otto quidem Comes Leisnicius vixit anno 1360. qui refertur à Pirnenſi Monacho in Onamaſtico Hiſtorico in dictione Leiſnig. Idem Otto B. in L. & Dn. in Rochzperg Anno 1361. Feria III. poſt Iudica confirmat bona quædam vendita Hermanno Præpoſito Canonicorum Regularium in monte Aldenburgi, ſita in Gorbuz, quæ tenuerant ſtrenui famuli Heinricus & Iohannes fratres dicti de Buckou, quæ à Burggrafio in feudum tenuerant. Hæc appropriauit cum conſenſu filij Alberti Actum in Penick. Inſigne eius infra depingetur. Idem eodem anno die Veneris ante feſtum Palmarum teſtis adducitur in literis generi, Heinrici Aduocati de Plauen. Filium habuit Albertum ſucceſſorem in Penig & Rosburg: Et filiam N. Heinrico Aduocato de Plauen nuptam, cuius mentio eſt in literis, quas modò allegauimus.

Georgius Burggrafius Liſnicenſis. Anno 1365. Erneſtus Elector & frater eius Albertus de controuerſia inter Caſparem Abbatem Chemnicenſem, & inter Georgium Comitem de Leiſnig Ottonis F. orta, dixerunt ſententiam pro Abbate. Monſterberg. A Burggrafijs Liſnicenſibus, qui non nominantur emit Gebhardus de Schrapelau Epiſ. Mersb. Oſtrauiam & Carlſdorffum, eaque Epiſcopatui inſeruit. Is autem Anno 1338. Ad quos igitur referendum hoc ſit Burggrafios, niſi ad hos non video: Niſi forte melius ad Erhardi filios vel nepotes pertineat. Nam & alia illi bona vendiderunt.

OTTONIS IVNIORIS POSTERITAS.

Albertus Burggrafius Liſnicenſis, Dominus Penicij Anno 1351. Albertus Burggrafius Liſnicenſis iunior teſtis eſt in literis Friderici Landgr. Turingiæ, Mar. Myſn. & Orientalis, Comitis Orlemundani &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

& Domini terra Pleiſſenſis, de metallo Vlrichsperg, cuius cauſa Princeps transegit cum Volrado, & Buſſone de Koldiz. Actum VVeiſſenvelſi die Vincentij Anno 1359 in literis Meinheri, & Bertoldi fratrum Burggraſiorum Myſnenſium aduocatur teſtimonium nobilis Domini Alberti de Liznik iunioris, Domini Penigk, cognati ſui, (Oheim) Dictum autem iuniorem exiſtimo reſpectu Alberti, qui Erhardi filius fuit, & ſeniorem ſe ſcripſit. Nam tum adhuc vixiſſe credibile eſt, etſi eius filio biennio, antè gubernarunt Strelam. Anno 1364. Die Lunæ antè feſtum Stephani, Albertus Burggraſius de Liſnig, & Dominus de Rockſperg, literas Penicij conſcripſit de debitis quibuſdam perſoluendis monaſterio Aldenburgenſi in monte. Anno 1360. Idem Albertus celebris fuit Penicij, cuius vxor fuit Sophia de VValdenburg Baroniſſa. Fuit tum ſapè Roſpurgi ſeu Rochſpurgi, quæ arx eſt ad Muldam infra Penigam, vt teſtantur Diplomata. Vnde, ſicut & ex præcedentibus Rosburgum illo tempore etiam in poteſtate Leisnicorum Comitum fuiſſe, & ad Penigam pertinuiſſet vt hodie, Etſi arx ea deinceps aliquandiu nobilis familiæ ab Ende fuit. Nam Georgius Comes Liſnicenſis Hugonis, qui familiam clauſit, pater propter ſumtus bellicos eam Alberto Saxoniæ Duci oppignorauit, qua occaſione forſan ad Endios translata eſt. Vnum habuit filium, cuius quidem memoria ad nos peruenit, qui patris nomen habuit. Etſi enim Meierus dubitare videatur: tamen homonymia me confirmat, vt ſic ſtatuam. Obijt Albertus Anno 1378. ſepultus in monaſterio Buchauienſi ante aram verſus Aquilonem cum inſcriptione hac in lapide ſepulchrali;

Albrecht præfectus iacet hac petra bene tectus,
Iungatur Chriſto mundo transmiſſus ab iſto

Fuit enim ſingularis fautor, benefactor, ac protector Monachorum ibidem. Additum autem fuit monumento eius vexillum, in quo arma Liſnicenſium integra ex tribus clypeis coniuncta, depicta fuerunt. quorum deſcripſionem ex Zopachio infrà dabimus.

ALBERTI FILIVS.

Albertus Burggrafius Liſnicenſis, Dominus Penicij cognomento VVirt. id eſt, Hoſpes, quod fortè ab hoſpitalitate, & liberali munificentia habuit vel etiam à diligentia in Oeconomia. Vtrumq; enim hoc vocabulum, & tribuuntur huic Alberto diuitiæ ſatis magnæ. Vxorem habuit Friderunam Comitiſſam de Stolberg. Extruxit ſacellum ad templum Parochiale Penicij, vbi ſepultura Liſnicenſium deinde fuit. Occaſio fortè præbita eſt à quibuſdam, qui cœnobium Buchauienſe criminati ſunt apud Comites propterea, quod ante 30. annos cauſa fuerit, vt familia Liſnicium oppidum amitteret. Factum hoc anno 1380. teſte Meiero, etſi Monſterbergius hoc in annum 1395 referat, eiq; coniugem attribuat Sophiam. Scribit enim: Anno 1395. Albertus Burggrafius de Leiſnig, & Sophia, vxore eius, fundârunt ſacellum in Penig, & id proprium tradiderunt eius loci præpoſito. Fortè autem Monſterbergius Sophiam matrem Alberti, quæ fundationem adiuuerit, pro coniuge accepit. Vel Sophia vnà cum ſuo marito fundationem incœpit, quam filius deinde perfecit. Nam quod Stolbergiam hic Albertus Hoſpes habuerit pictura Penicenſis templi in organo Muſico, cuius iam antè facta mentio, teſtatur quam & ſecutus eſt Meierus. Anno 1386. Nobilis Dn. Albertus Burggrafius de Liſnigk, Dominus in Penig, teſtis eſt in literis VVilhelmi Marchionis Myſniæ, qui Cocles à vitio corporis dictus eſt, quæ datæ ſunt die Laurentij. Et in eiuſdem alio Diplomate ſcriptio ſequenti anno, Dominica, feſtum diem Diui Viti inſequente. Et in alio quoq; ſcriptum eſt anno 1401. Porrò Anno 1394. Albertus Burggrafius Liſnicenſis, Dominus in Penig, & Fridericus Baro Schonburgius, Dominus in Glaucha inter ſe diſſidentes ab Arbitro inter Eccleſiaſticos præcipuo Iohanne III. qui Iſenbergius genere fuit, Præſule Myſnenſi, reconciliati ſunt. Anno 1406. Dominus Albertus Burggrafius de Liſnig, Dominus in Peniga ſubſcriptus eſt teſtis in VVilhelmi Marchionis Myſniæ, & Landgrafij Turingiæ Palatini Saxon. literis. Anno 1408. idem in Trium Marchionum Friderici Senioris, VVilhelmi, & Friderici, qui Balthaſari filius fuit, Diplomate teſtis aſſcriptus eſt. Obijt Albertus quidam Liſnicenſis Dominus in Penig Anno 1411. quod de hoc intelligo.

Alberti

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

ALBERTI HOSPITIS
LIBERI.

Albertus Burggraſius Liſnicenſis Dominus Penigæ, cognomento Senior, quem inter eos, qui Penicenſem titulum habent, III. numerum ârim, in comitatu Marchionum Myſn. Friderici Senioris, & VVilhelmi medij inter alios Comites, Barones, & equites, profectus eſt ad concilium Conſtantienſe, Anno 1413. Anno 1418, arcem Rabenſtein Abbati Chemnicenſi eripit Albertus Senior Burggraſius in Liſnig. Itaq; Albertus filius accuſatus coram Papa, ſe Erfordiam ſiſtere coactus eſt, vt habet Monſterbergius.

Otto III. Burggraſius Liſnicenſis Dominus Penigæ. Anno 1443. in Vigilia Thomæ, Otto & Albertus Burggrafij de Liſnik, Domini de Rochſperg Præpoſito in monte ad Aldenburgũ D. Iohanni de Dolin confirmarunt ſex ſexagenas (Leiſnigiſch Lehen *) venditas à Iohanne Schochirio. Huic in veteri pictura, cuius iam aliquoties teſtimonio vſi ſumus, tribuitur coniunx Margareta Comitiſſa de Schvvarzburg, quæ poſt mariti prioris obitum nupſit Heinrico Baroni de VVildenfels.*

Poſt bellum ciuile inter fratres duces Saxoniæ Fridericum II. Electorem & VVilhelmum III. Turingiæ Landgraſium, quod Anno Domini 1455. ferè finitum eſt, pace Mulhuſij inita, & Numburgi confirmata, in Myſnia aliquot ſeditioſi puniti ſunt, in quibus & Comes Liſnicius & Baro Doninenſis, vt & habet Fabricius in libello de Electoribus Saxoniæ Hoc de quo intelligendum ſit, an de Alberto Seniore, vel Ottone II. vel denique huius filio Georgio aut alio quopiam non video. Sanè Ottonem admodum immatura morte obijſſe annotauit Meierus.

ALBERTI III.
FILII.

ALBERTVS IV. Senioris filius. De quo nihil habeo, præterea, quæ ex Monſterbergio de patre eius inuaſore arcis Rabenſtein allata ſunt.

Otto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

OTTONIS III.

POSTERITAS.

Georgius I. Burggrafius Liſnicenſis, Dominus in Peniga, nominatur demum (quantum quidem ego legendo cognoui:) Anno 1455. Hic poſt obitum patris cœlebs diu admodum gubernauit ditionem Penicenſem, et anno eo, qui iam nominatus eſt, ius ciuitatis conceßit oppido Penigæ (quod tamen diu ante, nẽpe 1301 ciuitas forenſis, vt puto, ein Marckfleck dicitur) quare Repub. denuò conſtituta & ordinata electus eſt, Conſul Nicolaus Rombrechtus, idq́; factum inſtinctu, conſilio, & opera Vitrici eius Heinrici VVildenſelſij, qui fortaßis eam ob cauſam, & propter coniugium, à Munſterbergio ſub Anno 1459. dicitur dominus in Penig, quo etiam Iohannes Leubiſius Decretorum Baccalaureus, primus oppidi Paſtor conſtitutus eſt, cum prius res Eccleſiaſtica per Præpoſitum quendam à cœnobio Chemnicenſe eò miſſum ſemper adminiſtrata eſſet. Eodem anno & incendium quartam oppidi partem abſumſit.

Fuit autem Georgius homo militaris, & raròdomi manſit, & præſertim Turcicis bellis præclaram orbi Chriſtiano operam nauavit. Vnde non ſolum magnos ſumtus fecit, & poſſeßiones atq; pradia ſua graui ære alieno bellorum cauſa inuoluit: Verum tandem etiam 1482. in Vngaria veneno extinctus, ibiq́; ſepultus eſt, vt teſtatur Clypeus in ſacello Penicenſi parieti affixus. Obitus autem ipſius tempore conflagrauit arx Penicenſis (Rosburgenſis, tum Alberto Sax. Duci, vt & antè mentio facta eſt, pignori data erat) in qua multa vetera Diplomata perierunt, & inter ea etiam literæ recentes de bonis oppignoratis, quod liberis eius maximo fuit damno.

Vxor Georgij fuit Iohanna de Coldiz, quæ ei peperit Hugonem Euſtachium, & Alexandrum. Hæc eum aliquoties in expeditiones & bella ſecuta eſt, præcipuè in Vngariam. Annotata eſt commemorabilis hiſtoria de hac Comitiſſa. Cum enim maritus eius, vt dictum eſt, rariſsimè domi eſſet, & aßiduè bella frequentaret, ſiue præ coniugalis amoris impatientia, & magnitudine, ſiue vt virum à bellis vel hac ratione

eandem abſtraheret. aliquoties ipſum cum maximo vitæ periculo inuiſit. & in itineribus magnis, quæ ſexui huius difficilius accidunt. bona malaq; tolerare coacta eſt. Aliquando igitur cum in Vngariam ad eum excurreret, adductis eò ſecum filiolis tribus. quos nominauimus (paruos enim tunc fuiſſe inde conſtat, quòd Hugo natu maximus tempore obitus patris decem annorum fuit) & in arce quadam commemoraretur, ſubitò ei nunciatum eſt, caueret ſibi ſuisq;, nam affore iam iam hoſtes, qui arcem & adiacentes pagos capiant, & omnia vaſtent. Cum igitur in mariti, qui procul fortè aberat, præſidio nullam ſpem ponere poſſet. & animo fluctuaret, tandem quo ingenio fuit, ad muliebris aſtutiæ auxilia. confugit, & tenui veſtitu arrepto filiolos puellarum veſtibus indutos in currum coniecit, ſeq; & liberos ea ratione ſeruauit. Relictis enim omnibus impedimentis, & precioſa ſuppellectile. quantis itineribus potuit progreſſa in patriam reuertit. Atq; hoc argumento eſt prudentiæ eius & dexteritatis in conſilijs, quibus aliàs etiam in abſentia mariti domi ſuos rexit: Et fidei atq; amoris erga filios: quos poſt mariti obitum præclarè educauit, miſſos primum in Academiam Lipſenſem, deinde in aulas. Hugonem enim commendauit Alberto Saxoniæ Duci, Euſtachium Archiepiſcopum Moguntino, Alexandrum Bohemiæ Regi. Eſt & illud coniugalis fidei indicium non fallax, quod in viduitate permanſit, etſi adhuc iuuencula eſſet, in qua caſtiſſimam tegit vitam, & filijs damna illa, quibus & à parente, & à fortunæ iniquitate inuoluti erant, ſarcire ſtuduit, donec Hugo per ætatem gubernabula ſuſcipere potuit. Tandem enim Fribergum profecta eſt & religione ſtuduit, ibiq; diem ſuum obijt Anno 1513. ſepulta in cœnobio Monialium.

Sub Iohanna Comitiſſa extructa eſt Anno 1476. turris ad templum D. Virginis dictum in monte, Penigæ vrbis, quod ligneum tum fuit, de quo ſuo loco plura dicentur, quia ingens aliquando ad id fuit concurſus hominum ſuperſtitioſorum.

GEORGII I. FILII.

Hugo Burggrafius Liſnicenſis, Dominus in Peniga. & tandem etiam

Nepo-

Nepomiſlavia, & VVilicia natus 1458. circiter, vt ex ætatis illius indicatione conijcio. Huius virtus poſt annum 1484. emicare cœpit. Profectus enim in aulas Principum eſt, & bellicæ etiam virtutis ſpecimina edidit. Ideoq; deinde etiam Anno 1488. cum Alberto Duce Saxoniæ &c. ad Maximilianum Imperatorem profectus eſt, in Belgium, vt habent libri, in quos acta publica oppidi Penicij relata ſunt, ibiq́; eam virtutis & fortitudinis opinionem ſibi comparauit, vt non ſolum a Proceribus coleretur, ſed ab Imperatore ipſo etiam diligeretur. Ob eam quoq; exiſtimationem, in qua apud omnes fuit, delectus eſt præ multis alijs, cui negotium committeretur Annam, Britanniæ Ducis vltimi filiam vnicam, quam Maximilianus in Comitijs Noribergenſibus Anno 1490. per legatos ſibi deſponſauerat, adducendi. Stipatus igitur amplo comitatu per Galliam ſaluo conductu impetrato, nemineq; impediente maximis itineribus in Britanniam contendit, ſponſamq́; Imperatoris ſui nomine accepit. Sed cum per Galliam redeundum eſſet, neſcio quo in oppido, veſperi iubente Rege Carolo VIII. ſubitò oppreſſus, & quamuis multis proteſtaretur, Anna Britannica contra hoſpitij iura per vim ſpoliata eſt. Calumniari enim ſunt ipſa promiſſam eſſe incolumitatem & fidem, non verò puellæ, quam ſecum ducebat. Hæc res ſi feliciter proceßiſſet, maximo ipſi, totique poſteritati emolumento futura erat. Ideoq; de infelici eius negocij ſucceſſu ſæpè deinde conqueſtus eſt Hugo.

Interea domi Anno 1488. & ſequenti mœnia oppidi, magnam partem inſtaurata ſunt & lapidibus extructa, cum lignea prius fuiſſent ſepta, à Tonnero Conſule ſimul & Præfecto atq; Quæſtore, homine non vulgari dexteritate prædito ſed qui tandem perfidei accuſatus, gratia amiſſa carcere diuturno pœnas luit. Secuta eſt Anno 1461. Elutio, quæ non parum afflixit ciues & accolas. Praeterea ſub hoc Comite 1499. Templum S. Virginis in monte denuò ſplendidius extructum eſt, cum ligneum denuò prius fuiſſet à tempore religioſi concurſus ibidem inchòati. Hodie templum illud Parochiale eſt, & nomen tuus ſeruat, conſecratum deinceps ritu veteri ab Adolfo Anhaltino, Epiſcopo Mersburgenſi Anno 1515. Hu-

go domum reuerſus, etſi Reipub. & Oeconomiæ adminiſtrandæ incubuit, nihil ominus tamen, cum paternum id haberet, bellorum curam deponere non potuit, non ſemel in Vngariam, Phryſiam, & aliò profectus. Sanè Dux Saxoniæ Georgius, cui æqualis fuit, inter præcipuos eum Conſiliarios domi, & præſertim in bellis Phryſicis habuit, cum quo etiam interfuit oppugnationi Thamenſi, An. 1514. vnà cum fratre Alexandro, qui & ipſe patris bellicam virtutem æmulatus eſt. Sub hoc Comite Anno 1511. autoribus duobus ciuibus fratribus VVolſio & Petro Roth, inchoatæ ſunt cellæ cereuiſiariæ ſuburbanæ in montibus vicinis, quæ mirabilibus flexibus foſſæ ſunt in ſolo petroſo. Sunt quaſi cuniculi quidam duas vlnas lati, tres alti, qui ab ore paulatim depreſſi, in medio ferè ramos quaſi ſuos habent, ab utroq; latere portenſos. Anno 1520. Peſtilentia graſſata eſt. & 1522. octaua feria poſt feſtum, quo corporis Chriſti memoria celebratur à ciue quodam inter eos, qui faces geſſerunt horrea quædam ſuccenſa conflagrârunt in veteri Peniga. Anno 1527. pons lapideus extrui cœptus in Mulda flumine.

Anno 1525. Hugonis Comitis aduerſus ſeditioſos agreſtes magna alibi virtus & diligentia fuit, cumq; ipſo abſente etiam ſubditi eos eodem veneno infecti eſſent domum reuerſus paternè ipſos primum dehortatus eſt, inde cum apud quoſdam admonitio illa non reperiret locum, iuſta ſeueritate vſus capite eos plecti iuſſit. Anno præcedenti vnà cum filio Georgio Dresdæ in nuptijs Georgij Ducis filiæ Magdalenæ cum Ioachimo II. Electore deinceps Brandenburgio, eodemq; Myſnæ fuit in ſolennium rituum apotheoſeos Bennonis Epiſcopi Myſnenſis celebratione. De qua fid. Georgium Fabricium in annalibus Myſnæ vrbis. Vitam autem Bennonis deſcripſit Emſerus homo Sueuus. Vxorem I. habuit Dorotheam ex Pincernarumde Landsberg familia, quæ obijt Penicij Anno 1535. ibidemq; ſepulta eſt. Cum videret Georgium filium carere ſobole ante eius obitum circiter biennio, alteram coniugem ſuorum ſuaſu duxit Dominam N. de Schvvihau & Riſenberg Bohemam, ex qua tamen nihil ſuſtulit. Itaq; filiabus proſpicere cupiens in Bohemia arcem Nepomislam, addunt alij VVelizium etiam, & alia bona in eadem

regione

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

regione ab ipſo coëmta. Præter filium habuit filias aliquot, quarum tres à patre elocatæ, reliquæ ante pubertatem mortuæ ſunt.

Obijt poſtquam filij totum Leiſniciorum Comitum familiam claudentis aunus magno cum dolore aſpexiſſet, ætatis ſuæ Anno circiter 80. A Chriſto utem nato, 1538. die 21. Mar., Sepultus Penigij, cum maximi omnium ſubditorum & amicorum planctu, & aſtantium animi magna triſtitia affecti ſunt, cū aſpexerunt, vt moris eſt. Inſignia gentis & arma Hugonis militaria confracta ſimul terræ mandari: Vidua eius cū legata ei perſoluta eſſent à Duce Georgio, in Bohemiam redijt. Fuit Hugo, vt ſtaturæ proceræ et decentis vultusq; Heroici & ſeueri: ita etiam animi magni & grauis. ummoo dio proſecutus eſt leuitatem, inconſtantiam, inobedientiam, niuſt ciam, mendacia, & omnem petulantiam: contrà autem veritatem & conſtantiam amauit & defendit. Vſurpauit Meierus de eo Terentianum illud: Triſtis ſeueritas in vultu, atq; in verbis fides. Fuit reuera pater ſubditorum ſuorum, quibus & ipſe exactionibus immodicis non moleſtus eſſe voluit, & pro ipſos apud Principes, cum gratia apud eos valere, ſæpæ interceſſit. Quare & eò maius ſui deſiderium deinde reliquit, & memoria eius etiam nunc in benedictione hominum eſt, anima ſine dubio in manu Dei quieſcente. Euſtachius Burggrafius Liſnicenſis &c. Bonam in diſcendis literis operam primum nauauit: Deinde in comitatu fuit Friderici Saxoniæ Ducis Alberti F. Georgij & Heinrici fratris &c. qui deinceps Teutonici ordinis Magiſter in Pruſſia factus eſt &c. cum in Italiam Senas ſtudiorum cauſa proficiſceretur. In reditu VVormatientia Comitia inuiſit. Fuit aliquandiu aulicus Moguntinus, deinde Canonicus & Decanus Magdeburgenſis factus eſt. Liberalitate ſua iuuit fratrem in ſoluendo ære alieno à patre contracto, & coemendis prædijs Bohemicis. Nam quicquid in aula corraſerat, & deinceps Magdeburgi comparſit, id omne ferè fratri dedit. Stipendio ſuo aluit ſemper aliquot ſtudioſos adoleſcentes ex territorio Penicenſi oriundos, inter qnos eminuit Iohannes Hermannus vir doctus & prudens. qui & Cancellarius factus eſt, Archiepiſcopi Moguntini, & poſtea ciuis oppulentus & honoratus in vrbe Halenſi fuit. Contulit etiam non pauca in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

vſus Eccleſiaſticos, & ad ornatus Templorum patriæ. Anno 1518. mortuo Iohanne VI. Epiſcopo Myſnenſi, gente Salhuſio, ipſe vnà cum Doctore Nicolào Heiniz Ducis Georgij Cancellario, votis quorundam propoſitus eſt; ſed præualuit fortuna Schleinicij, qui Iohannes VII. dictus eſt. Anno 1522 in tumultu quodam ciuium Magdeburgenſium reformatæ religioni addictorum, & perterrefactus, & colliſione læſus ita eſt, vt deinceps priſtinam recuperare valetudinem nunquam potuerit. Obijt Penicij apud fratrem Anno 1522. quem non ita diu antè viſendi & colloquendi gratia acceſſerat.

Alexander Burggrafius Liſnicenſis Dominus Topauiæ in Bohemia. Hic in aula, vt dictum eſt, Bohemia educatus, ferè ſemper deinde apud Bohemos vixit, niſi quando in bellis fuit. Nam & cum Ducibus Saxoniæ in Phryſiam militatum profectus eſt, idq; primum ſub Alberto, vt volunt, & poſt ipſum Anno 1501. porrò etiam ſub Georgio 1514. Deinde emit arcem Neberam in finibus Bohemiæ, & Sileſiæ à Iohanne Olſnicio, & tandem etiam TOPAVIAM in Bohemia ad Schonaniam, vbi & habitauit. Fuit poſtea inter eos, quibus debetur inuentio metalli lautiſsimi in valle S. Ioachimi vnà cum Stephano Schliccio Comiti Paſſauni, & VVeiſſenkirchæ, & Iohanne Pflugio viro generoſo, quibus & Iohannes Hirnus metallicus Annebergenſis, equeſtre ſtirpis conditor, annumeratur. In eadem valle initio ferè effoſorum metallorum Anno 1518. ſeditioſos metallicos placauit. Nam cum ædes magnificas ibi extruxiſſet, ſæpè eò diuertit, atq; aliquandiu ſubſtitit. Anno 1526. tenuit etiam arcem Hauenſteinum propè vallem Ioachimicam. Putant hunc initio abſtinuiſſe ſtudio à coniugio, ne familia nimis amplificata, & inter multos diuiſis poſſeſſionibus, pauperiores euaderent Liſnicenſes. Verum fratre vnicum tantum filium, eumq; ſterilem habente ſerò eum tandem conſilij pœnituiſſe. Statura corporis procera etiam fratrem Hugonem vicit, ſed gracilento magis corpore fuit nigris capillis, & barba atq; oculis. Miſtacem autem prolixam plærunq; aluiſſe dicitur, cumq; ſeueriore etiam vultu & grandi ſermone eſſet, & paululum hæſitaret lingua (vnde & balbi cognomentum inuenit) vulgo terribilis extitit. Gra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

uis aliàs vir & manu promtiſsimus atq; in bellis fortiſsimus. tum ἐκτὸς κίνδωνος καὶ ἔξοχος. Obijt Penicij in arce Anno 1528. ibiq; ſepultus eſt.

HVGONIS LIBERI.

Georgius Burggrafius Liſnicenſis &c. Vir fuit corporis & animi dotibus inſignis. cumq; bonus & manſuetus eſſet, cariſsimus ſuis fuit. Vxorem habuit Agnetam, Erneſti II. Comitis Mansfeldij Domini in Heldrungen Filiam, quæ nata erat Anno 1504. 18. Decembris, & cuius frater Philippus Aemiliam eiuſdem Georgij Com. Liſn. ſororem in matrimonio, vt dicemus, habuit. Nuptiæ Heldrungiæ fuerunt, anno 1518. ſed ſponſa domum ducta anno ſequenti, die Iouis poſt Dominicam, qua in Eccleſia cantatur: Reminiſcere &c. Hæres vnicus Comitatus Penicenſis obijt ante patrem Anno 1537. 19. Martij. Nemislæ in Bohemia, Aetatis ſuæ 41. Cum nullam ſobolē relinqueret, & pater eius per ætatem ex ſecundo coniugio nihil gigneret. Penicenſis ditio poſt Hugonis obitū deinde ad Georgium Ducem Saxoniæ deuoluta eſt, excepta donatione propter nuptias, quæ in Cimbergo pago & dimidia Peniga fuit vbi et habitauit Agnes in ædib. priuatis. Nam pro ſua rata ſeu dimidia parte Penigæ, quam integram conceſsit Principi, quotannis ex aula Saxonica accepit mille florenos.

AEMILIA ſeu Amelia, ſeu vt alij amabilia, nupſit primò ERNESTO Baroni de SCHONBVRG, Domino in GLAVCHA, VValdenburg, Hartenſtein &c. quas nuptias factas eſſe opinor Anno 1526. Nam Anno ſequenti peperit ei VVolffgangum, qui in pueritia obijt.

Deinde ordine Iohannem Erneſtum Georgium, Hugonem & VVolffgangum, quorum duorum poſteriorum propago adhuc floret in Dominis GLAVCHAE, VVALDENBVRGI, & Penicij &c. Hic Maritus eius obijt Anno 1534. ſepultus GLAVCHÆ. Deinde iterum

nupſit

nupſit, Generoſo & illuſtri Comiti de Mansfeld Philippo, Erneſti II. in Heldrungen habitantis filio primogenito, nato in arce Heldrungen, Anno 1502 die 26. Octobris, noctu, qui coniugem hanc natus Annos decem & nouem duxit, atq; ex ea ſuſtulit quatuor liberos Hugonem Comitem de Mansfeld, qui deinde Anno 1550. ex aula Guntheri Comitis in Schvvarzburg abductus eſt per Iuſtum Hakium Mansfeldenſium hoſtem, & in alterum annum captiuus detentus: Brunonem Comitem Mansfeldenſem Bornſteti habitantem, Æmiliam, & Barbaram: Hæc Aemilia Anno 1549. de quo his aliquid conſignauit Meierus, iterum vidua fuit.

N. Vxor Generoſi & Nobiliſsimi Dn. Philippi de Lobcovviz, & Haſiſtein, Baronis Bohemici.

N. tertia Hugonis F. Nupta Generoſo & Magnifico Dn. Albino Schliccio Comiti de Paſſaun & VVeiskirchen &c. Nicolai Domini in Falckenau F. Matthiæ N. Hieronymi Pron. Caſpari Cancellarij illius Trium Impp. Abn.

Dynaſtia ergo Penicenſis ceſsit, vt iam mentio facta eſt, Georgio Duci Saxoniæ, qui tamen & ipſe non diu vixit, Sed poſt duorum filiorum funera Anno 1539. 15 Cal. Maij extinctus eſt, relicto ditionum ſuarum & opum ampliſsimarum hærede fratre Heinrico, qui Fribergi habitârat. Sed hic quoq; non ita diu vixit. Hoc enim etiam Anno 1541. defuncto ad Mauritium & Auguſtum Illuſtriſsimos Saxoniæ Duces fratres regio Myſnenſis deuoluta eſt, ex quibus illis potiſsimam partem gubernans Anno 1543. Penicenſem ditionem permutatione tradidit, Generoſis & Nobiliſsimis quatuor fratribus Baronibus Schonburgijs, D. Iohanni Erneſto, D. Georgio, D. Hugoni, & Dn. VVolfgango. Dominis in Glaucha & VValdenburg &c. natis ex filia D. Hugonis Æmilia, plerisq; adhuc impuberibus. Hi enim Hoheſteinum arcem ſuprâ Dresdam tenebant, quæ cum Mauritio arrideret, propter varias loci commoditates, Penigam oppidum & præfecturam vnâ cum cœnobio Zillenenſi â Teutonicis militibus prius inhabitato, quod VVechſelburgum propterea vocatum eſt, pro ea dedit. Tutoribus tum ex ſtentibus Baronum Iohanne Georgio Comite de Mansfeld, Heinrico de Schonberg in Stollburg, & Ludo-

vvico

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

vvico Fachſio I.V.D. Lipſico. Ita ditio ad nepotes Hugonis rediit, quam poſteri VVolfgangi adhuc tenent, & cum laude ſapientiæ, & aliarum Heroicarum virtutum gubernant.

POSTERITAS OTTONIS I. BVRGGRAFII LISNICENSIS. QVI EX MYSNIA in Holſatia maiorum ſuorum patriam antiquiſſimam, poſt aliquot ſecula reuerſus. Stirps noua fuit GENEROSÆ & nobiliſſimæ familiæ RANZOVIANÆ, quæ non ſolum in Holſatia & Saxonia, ſed etiam Daniæ regni diuerſis locis hodie pluri- ma bona poſſidet, & maiorum ſuorum virtutis gloriam cum laude propagat.

Generoſam et nobilem Ranzouiorum familiā quæ in Holſatia, Ditmarſia & vicinis regionibus latè hodiè diſperſa eſt, oriundam eſſe ex nobiliſſimā & vetuſta ſtirpe atq; poſteris VViperti Comitis Groicenſis in Myſnia (qui duo Monaſteria fundauit, vnum locupletauit inter quæ ampliſſimū eſt Pegauienſe quiq; propter virtutem bellicam diuitijs & dignitate in Imperio Romano creuit & floruit) ideoq; etiam agnatione iunctam eſſe Generoſæ & Nobiliſſimæ familiæ Comitum ſeu Burggrafiorum Leiſnicenſium in Myſnia, quæ itidem à VViperto profecta, paulò antè noſtra tempora interiit: Id ergo ſatis apparet ex appendice quadam ſeu fragmento Chronici Buchauienſis ab Antonio Siffrido Zopachio, Cœnobita Buchauienſi conſcripti. Quod etſi anonymon eſt, vt apud ſuperiorum ſeculorum ſcriptores Monachos nihil vſitatius, tamen vel eundem Antonium eius autorem eſſe puto, vel alium, qui cum eo vixerit, aut deniq; qui non ita diu ipſum præceſſerit: etſi imperfectum eſt, tamen id quod nunc indicare volumus, ex eo abunde probari poteſt.

Primum enim diſertè ſcribitur eiuſdem eſſe Genealogiæ Caſtellanos ſeu Burggrafios Liſnicenſes, & militaris de Ranizoue: Et quidem quod Otto ex Caſtellanis Liſnicenſibus profectus ſit in originem transalbinam, vnde maiores eius originem ſuam traxerant. Deinde expreſſè additur vnos eosdemq; fuiſſe maiores Ottonis conditoris Ranzouiorum &

VViperti illius bellicoſiſsimi Comitis, vt appellatur ex Tranſalbina regione, id eſt, Nordalbingia, ſeu vt nunc dicitur, Holſatia oriundos. Poſtea inculcatur, eiuſdem Caſtellanos Liſnicenſes conditos itidem eſſe à Viperto, vt hæc omnia luce meridiana clariora ſint, nec demonſtratione aliqua luculentiore indigeant. Tandem interſeruntur circumſtantiæ, quæ rem magis probabilem faciunt, quarum præcipua eſt, tempore belli Ottonem ex Liſnicenſi familia aliò, nempe in veterem maiorum ſuorum patriam profectum, quod ſanè vtrunq; fidem meretur. Nam & vſitatiſsimum olim fuit, bellica virtute aliquid vel diuitiarum, vel honoris comparandi cauſa, aliò ſe conferre, quod ipſum & auus VViperti VVolfus, & eius exemplo VVipertus ipſe fecerat: Et Ottonem fama antiquæ ſtemmatis ſui patriæ facilè excitare potuit. Tum hoc etiam fortè acceſsit, quod Heinricus III. frater ipſius maiorem partem Comitatus Liſnicenſis (vt illorum temporum mos erat, quo primogeniti ferè paternam hæreditatem ſoli poßidendam accipiebant inter Principes, reliqui fratres particulis quibusdam contenti eſſe cogebantur) adeptus teneret nec generoſo animo Ottonis ſatis eſſet quod frater obtuliſſet. Quare alibi ſibi plus quærendũ eſſe arbitratus ſit. Sed his conſiderationibus fortè non opus eſt, adducuntur enim et alia documẽta de ijs Ranzouijs, qui agnatos ſuos Burggrafios non ſemel ex Holſatia in Myſniam profecti inuiſere voluerunt, quod ſine dubio etiam à Liſnicenſibus factum eſt, et ſi illud literis perſcriptum nuſquam reperimus. Vtinam autem extaret Chronicon illud Pegauienſe, quod allegatur in hoc, de quo dicimus fragmento hiſtorico de Kagenhero, & Ottone Ranzouijs, qui Ottonis & Iuttæ Ducißæ filij fuerunt. & non interijſſe etiam alterum ſcriptum de familia Liſnicenſi ab Autore Nicolao Hobero Rochlicenſi confectum ex quibus plura petere poſſemus. Nunc interea his, quæ temporum iniquitas nobis reliquit vtimur.

Antequam autem ſubiungamus illud Fragmentum, rem ipſam, de qua agimus, alijs etiam ſeu coniecturis ſeu probationibus muniemus. Deinde & ijs, qui Heinricum VViperti filium abſq; hæredibus obijſſe voluerunt, quod in hunc locum diſtulimus, reſpondebimus.

Ac eiuſdem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Ac eiuſdem eſſe originis familias Liſnicenſem & Ranzouianam, ſi militudo etiam armorum oſtendit, in qua certè non parum momenti ſitum eſſe doctis notum eſt. Comitum Liſnicenſium inſignia præcipua fuerunt clypeus per longitudinem, vt loqui ſolemus, diuiſus, cuius pars dextra rubea fuit, ſiniſtra flaua, ſeu crocea. Hæc ſanè non valdè diſcrepant ab armis Ranzouianis, in quibus eodem modo diſtinctus dextrum itidem rubeum latus habet ſiniſtrum ſolummodo albo, ſeu argenteo colore, pro croceo vel aureo, Liſnicenſium, pingitur. Et quis certò affirmare poſſet, colorem alterum non etiam à Liſnicenſibus ſucceſſu temporis mutatum, cum initio etiam fortè album gererent. Sed ne in minutis etiam mouendis aut perueſtigandis ſuperciliosus eſſe videar, pergo. Ornamenta galeæ ſine dubio Liſnicenſes aliquoties mutârunt. id quod ex veteribus picturis & ſigillis apparet.

Nam Albertus ſenior Burggrafius in Liſnig, Anno Domini 1338. in ſigillo ſuo habet petaſum ſatis latum ſeu galêrum caſsidi impoſitum, quemadmodum & Heinricus & Albertus fratres Burggrafij de Liſnig, Domini in Strelen Anno 1357. quo tempore Liſnicium oppidum adhuc tenuit Heinricus hoſtis Buchouienſium Monachorum, vſq; ad Annum 1365 quo illud Principes Myſnenſes occuparunt. Strelouienſis autem Baronatus, vt ita loquar, ſeu Dynaſtiæ inſignia in ſigillo illi, quod ſciam, non pixerunt. Ea ſunt, vt ex lapidibus monumentorum & ſigillis Diplomatum habeo, tria ferramenta falcium meſſoriorum maiorum, quarum præcipuus vſus eſt in demetendo fœno. Sed hæc obiter. Ad Liſnicenſia redeo, quæ Anno 1361. alijs ornamentis galeæ impoſitis geſsit Otto Burggrafius de Liſnig, Dominus in Rochzperg: poſuit enim in cuſpidem faſciculum pennarum de pauonibus.

Venio tandem ad arma Liſnicenſium integra, id eſt, Sicut ea teſte Antonio Siffrido aucta ſeu cum alijs coniuncta vſurpauit Albertus Liſnicenſis Caſtellanus, qui Anno 1378. obijt. Ea enim forma in templo Buchauienſi ante altare verſus Aquilonem vbi Albertus eſt, in vexillo appenſo picta fuerunt. Verba Antonij aſſcribam. Stant bis duo campi velut in crucis formam quadrifariam diuiſi, Unus quidem campus vno latere purpureus, altero crocei coloris vel aureus: ex obliquo ſimilem

habens campum eiuſdem coloribus per omnia correſpondentem. Campus alter nigriore via cancellatim ac ad modum retis diuidit hinc inde colorem aureum, Deſuper pullum fundamentum: ſimilem atq; campum habens oppoſitum ex obliquo. Inter quos quidem tales quatuor campos mediat quintus, albi vel potius argentei coloris. in cuius campi meditullio Leo ſtat frontetenus auream geſtans Coronam: qui quidem Leo partim eſt crocei, partim burrhi coloris, id eſt, rubri. Eſt proinde vexillo iam dicta appoſita caßis aurea, fuluo diademate redimita, binis nihilominus deſuper cornibus auream geſtantibus coronam inſignis, quorum vnum quidem puniceo colore rubet, alterum aureo rutilat ſplendore. Ita Antonius Siffridus, ex cuius verbis inſignia Liſnicenſia integra depingi poſſunt.

Etſi autem exiſtimo vir corona galeæ impoſita & coronæ implicata ad medium clypeolum, qui Leonem diuerſi coloris & coronatum habet, & qui meo iudicio, quod libenter ad conſuetudinem præſentem & vulgarem conformo, is eſt, qui originem Comitum primariam denotat: quare vetuſtiſſima illa Maiorum VViperti, quæ ſecum ex Holſatia tulerunt, inſignia eſſe putauerim: tamen nihilominus manifeſtum eſt, Ranzouiana arma à Liſnicenſibus parum diſcrepare, addo etiam, ab ijs deſcendere, ita vt pro alis Aquilinis, (quæ in duo ſpacia ſeu campos clypei bipartiti, poſita pro petaſo illo & pro pennis pauonum deinceps ſunt, & quarum ad ſimilitudinem clypei altera rubra, flaui coloris altera eſt;) clypeo Ranzouiano impoſita ſunt cornua Vri, quæ alterius clypeoli Leonem rubeo & aureo colore diſtinctum continentis propriæ galeæ ornamenta ſunt: Ita vt ex diuerſis quaſi inſignib. compoſita ſunt, nempe vetuſtis Holſaticis, & nouis, ſeu deinceps Liſnicenſibus: vt videlicet galeæ ornamenta referrent primariam originem, clypeus verò bipartitus oſtenderet dignitatem illam, qua familia eo tempore, quando Ranzouiana linea à ſtirpe agnata ſeceßit, eminebat, quæ fuit Burggrafiatus Liſnicenſis. Sic enim omnino arbitror, vt iam dixi, Leonem bicolorem & Vri cornua antiquiſſimæ familiæ inſignia eſſe, bipartitum verò clypeum cum duabus alis ad Præfecturam, ſeu Burggrafiatum Liſnicenſem pertinere, alij etiam ſcripſerunt. Quo autem referenda ſunt arma tertia cancellata,

vt Antonius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

vt Antonius vocat, ſeu potius ſcachis oblongis, (panes Boiarici in ſuo inſigni vocant) variata, nondum inueni. Habent ea ſua quoq; ornamenta caſsidi imponenda, et ſi ab Antonio non depicta ſunt, qui vnicam tantum galeam deſcribit. Nam ex pictura organi Muſici in templo arcis Penicenſis, (quæ à Iohanna Baroniſſa de Coldiz, Georgij ſenioris, qui Hugonis vltimò in familia defuncti pater fuit, coniuge: fœmina, vt demonſtratum eſt, fortitudine præter ſexum & ſapientia præſtante, Anno 1492 poſita eſt) deſumenda ſunt arma Liſnicenſium integra: quæ quidem in clypeo non diſcrepant ab ijs, quæ Antonius Siffridus in vexillo Buchauienſi deſcripſit, galearum verò numero aucta ſunt, & earum ornamentis, præcipuè verò aureis coronis, quæ ſingulis impoſitæ cernuntur eo modo, quo etiam Hugo comes ille in librum, quem Graduale vulgo dici ſcribit cœnobio Buchauienſi donatum pingi curauit, vt Zopachius teſtatur. Pictura vero de qua dixi Penicenſis continet octo Comitum ſeu Burggrafiorum, qui Penicij habitaſſe feruntur, & vxorum nomina & inſignia, vtrinq; expreſſa in forma arboris, cui tandem impoſita ſunt arma coniuncta. Nec vero impedit quod Albertus ſenior & Heinricus atq; Albertus filij clypei tantum bipartitum geſſerunt, quemadmodum ſigilla teſtantur, Nam & quidem ex ijs, qui Penicij habitârunt, modò cancellatum clypeum, vt Albero & Albertus Hoſpes, modò Leonem, vt Ottones duo: modò clypeum bipartitum, vt Albertus Sophiæ maritus & Georgius I. modo coniunctum, vt Hugo & Georgius II. amârunt, vt ex eadem pictura liquet.

Hæc enim in cuiuſq; arbitrio poſita Principibus, & vulgò arma modò ſimpla modò multiplicata appicta videmus. Vt autem amplius eſſet quædam inter Liſnicenſia & Ranzouiana arma diſcriminatio, colores etiam paulum immutati ſunt, nempe argenteo in alteram partem pro aureo repoſito, & coronis, quarum altera cornibus implicata erat, galeæ impoſita, altera omiſſis. Quanquam non inficias ierim, ſi quis conijciat, primò et circa ea quidem tempora, quo linea Ranzouiorum diſceſſit. Liſnicenſium etiam inſignium cum Leone ornamentum galeare, (quod in alterum clypeum bipartitū translatum eſſe à me autumare oſtendi) coronis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

caruiſſe. Magnam enim veterum inſignium ſimplicitatem fuiſſe conſtat. quæ deinde ſucceſſu temporum eorum, in quibus homines arrogantia etiam titulorum, præter morem veterum delectati ſunt, inſignium quoq; ratione quaſi corrupta eſt.

Alterum argumentum paucioribus annotandum erit. Illud eſt, quod (etſi fortè tenuè cuiquam videri poßit) ſimilia quædam in vtraq; familia & Liſnicenſi & Ranzouiana reperiuntur nomina, quorum præcipua ſunt Heinricus & Otto, quæ in Ranzouiana præſertim ſtirpe non ſunt infrequentia, vtpote quæ conditoris nomen referunt, & eiuſdē patris.

Tertiò illud repeto, quod initio monui. Cum Chronicon Pegauienſe tradat VVipertum bellatorem origine Cimbrum vel Danum fuiſſe, & quidem præ alta ſtirpe ſatum, veriſimile eſſe Ottonem Heinrici II. filium, III. fratrem, qui in fragmento Buchauienſi in Saxoniam, ſeu vt ibidem dicitur, regiones Transalbinas & Vandaliam profectus eſſe dicitur, patriam maiorum ſuorum repetere voluiſſe. Vel eò profectum in bellis, recordatione originis maiorum ſuorum & agnatorum, quorum quoſdam fortaßis adhuc inuenit, eorumq; inſtinctu & petitu eó libentius ibidē reſediſſe, & poſteritatē in antiquißima patria denuò condidiſſe, & propagaſſe.

Nunc & illud demonſtrandum eſt, Liſnicenſes VViperti proſapiam fuiſſe, quo probato maior erit fides aſſertioni fragmenti illius, quod & Ranzouij Liſnicenſium ſint agnati, & vtriq; eandem ex VViperto communemq; originem ducant. Nam reperiri poſſent, qui hoc ita refellere conarentur, quod nullius neq; VViperti III. neq; Heinrici, filiorum VViperti bellicoſi, poſteritatis in Chronico Pegauienſi mentio fiat. At vanum eſſe, quod ex eo arguitur, mox patebit.

Primum enim audiamus Clarißimum virum Georgium Agricolam, qui Alexandrum Comitum Liſnicenſem Hugonis fratrem, Viperti Pegenſis (ita eum vocat) ſatu ortum, nominat lib. de veter. & no. metal. I. non procul à fine. Aſtipulatur Antonius Siffridus in libello de fundatione Cœnobij Buchenſis, qui Anno 1531. conſcriptus eſt, cum dicit: Deniq; ſi licitum non eſſet res perperam geſtas literarum teſtimonijs commendare, ex hiſtoria bellatoris VViperti iuſta portio detruncanda veniret:

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

qui præcipuum inter armorum ſplendorem, decus proſapiæ fundatorum (ſcilicet Liſnicenſium Comitum) fertur attuliſſe: Haberemq́ hic præbitam anſam aliqua dicere, de viro mirabilis, vt ſic dicam, fortunæ &c. Idem eodem libello innuit poſteriores, Comites Liſnicenſes hoc ſuo conditore etiam præcipuè delectatos fuiſſe, ideoq́ ad arma ſua vbiq́ ferè virum à planta vſque ad verticem cataphractum & armatum (per quem VVipertum illum intellexerunt) qui clypeum Liſnicenſem manu tenuerit, appingi curaſſe, vt & liber Buchenſibus ab Hugone donatus, cuius antè mentio facta eſt, oſtendit, quod ipſum à Zopachio eodem modo explicatur. Et viuunt fidei digni homines, qui in aula Hugonis fuerunt, eumq́ originem ſuam ad VVipertum referentem, idq́ picturis varijs præ ſe ferentem & oſtentantem audiuerunt & viderunt, vt ſupra quoq́ indicatum eſt.

Deinde quod à quibuſdam obijci poſſet, nullam poſteritatis filiorum VViperti mentionem expreſſe fieri, tum in Chronico Pegauienſi, tum vita eius, quæ ex illo Chronico potiſſimum deſumta hactenus circumlata eſt: non dubito omnibus intelligentibus liquere, quam puerile illud ſit. Habuit quidem VVipertus bellicoſus præter filiam Bertham Dedoni VVittynio & Landsbergio nuptam, duos tantum filios VVipertum III. iuniorem vulgò dictum, paternæ virtutis & fortitudinis æmulum, & Heinricum I. qui in Burggrafiatu Magdeburgenſi & Marchia Luſicenſi ſucceſſit. (etſi & Coſſmas Pragenſis vnum ex filijs eiuſdem VVaceſlaum, qui in Bohemia militarit ſub Anno 1109. vocet, quem eundē cum VViperto iuniore, qui ſic à Germanis, cum aliàs in Bohemia, vt credo, natus, Bohemico nomine appellatus eſſet, à patrij nominis celebritate cognominatus ſit, eſſe iudico) verum idcirco non ſequitur, poſteritatem VViperti in filijs expiraſſe, quoniam eius nulla eſt mentio in Chronicis illis eo tempore deſinentibus. Et quamuis etiam ab Heinrici I. Marchionis Luſatiæ & Burgg. Magdeburgenſis, obitu anno 1136. Conrad. Marchio Myſnenſis Luſatiā, ſeu Luſizenſē Marchiam ab Imp. Lothario impetrârit: tamen quid ex eo ſtatim colliget, Heinricū ſine liberis obijſſe. Fuerunt enim tum temporis dignitates illæ cum poſſeſſionibus annexis nondū planè

vel

vel rariſsimè hæreditariæ, ſicut deinceps paulatim factæ ſunt.

Et quidem beneficia illa de alia familia in aliam collata ſunt propter noua merita, quemadmodum in quodam Chronico additur. Luſitenſem Marchiam Conrado Marchioni Myſniæ ab Imperatore Lothario conceſſam eſſe propter magnam fidelitatem contra Paganos præſtitam. Igitur neutîquam dubito Heinricum II. eius nominis Burggrafium Liſnicenſem qui & Anno 1143. vnà cum Hermanno Burggrafio Myſnenſi teſtis adducitur in literis Conradi III. quibus, vt ſupra retulimus, fundationem Chemnicenſis cœnobij à Lothario factam confirmat. Heinrici Marchionis Luſatiæ filium, Viperti Nepotem, eſſe, qui deinde generoſum Liſnicenſium ſtemma propagauit. De Friderico vero Groicenſi Aduocato Pegauienſi certò id affirmare nolo. Quare falſa eſt Broduſij ſententia, qui (ex Lauterbergo dicente: Conradum Heinrico ſucceſsiſſe. & Heinricum alium hæredem non habuiſſe) diſſertè ſcribere non eſt veritus, Heinricum I. Viperti F. prorſſus ſine liberis obijſſe, ſcilicet quia & Lauterbergio & illi de poſteritate eius parum ſollicitis, nihil conſtitit: quo certo errore et ego deceptus, eadem ſeu de orbitate ſeu ſterilitate Heinrici fol. 377. Tit. 15. Commentarij Myſnici. l. inſerui.

Falſum & illud eſſe credo, quod vulgo hactenus ex Chronico Myſniæ Germanico idiomate conſcripto (quod ex veterocellenſi potiſsimum deſumtum eſt) traditur, nec à me etiam diſertè reiectum vel refutatum eſt: Conradum Marchionem Myſniæ oppidum Leiſnicium poſſediſſe. niſi fortè ſic intelligas, ſtatim à VViperti obitu Leiſnicium, vt & Luſat. Marchiam à Conrado, vt ſupra oſtendimus, occupatā, ſed ab hoc nō ita diu poſt vel ad Heinricum ipſum. vel ad eius filium Heinricum II. redijſſe quemadmodum illæ mutationes ob cauſam ante dictam eo tempore crebræ fuerunt.

Deniq; friuolum eſſet, ſi quis obijceret. Liſnicenſes fortè alterius. & quidem vetuſtioris ſtirpis fuiſſe. & vel ideo à VViperto conditos non eſſe, quod in libro Troiaminis reperitur, Iohannem Burggrafium Lisnicenſem iam tum in exercitu Heinrici Aucupis contra Hunnos fuiſſe. Nam id cuiquam facilè clarum eſt, etſi de aliqna antiquiori familia.

cui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

cui dignitas ea, ſi tum fuit, conceſſa ab Aucupe, aut anteceſſoribus eius in imperio fuit, omninò ſit intelligendum: tamen id non obſtare noſtræ ſententiæ, cum prius inculcatum ſit, eiuſmodi dignitates primò non fuiſſe hæreditarias. Eadem enim ratione ſub Heinrico IIII. Præfectura Liſnicenſis Viperto Groicenſi conceſſa eſt. Sed cum ſatis hæc declarata eſſe cenſeam, deſino, ne mihi illud Martialis obijciatur: Et ſtultus labor eſt ineptiarum. Fuit tamen omninò hîc aliquid reſpondendum, ne inueterati errores veritati præualerent, cum præſertim non pauci hoc tempore prudentuli & inuiduli reperiantur, qui malint cum veteribus errare, quam recentioris cuiuſdam rectè indagatis ſententijs aſtipulari. Id quod mihi in veritate de VVitikindeæ familiæ origine eruenda etiam contigiſſe ſcio. Nunc fragmentum ipſum hiſtoricum ſubiungendum eſt.

DE FVNDATIONE MONASTERII BVCH, ALIAS VALLIS S. EGIDII prope vrbem Liſnigk per Præfectum caſtri ibidem, & alios Chriſti fideles.

ANno milleno centeno nonaqꝫ geno
Et Domini bino, ſub cœleſti quoqꝫ: trino,
Fundauit Clauſtrum, quod Lisnig vergit ad
Heinrich cum Clara contectali, ſtetit ara (auſtrũ)
Omine præclara tanto, pietateqꝫ rara.
De Seeberg miles, de Coldiz atqꝫ Barones
Hoc opus auxerunt & plurima dona dederunt:
Seeberg Albertus ſit cœli in lumine certus,
Et Margarita lætetur perpete vita,
Antea vix deni monachi, ſunt ecce viceni.
Thimo, Volradus de Coldiz, Huldeqꝫ ricus
Sunt fundatores noſtri non valdè minores.
Princeps magnificus Heinricus in ordine ſextus
Omnia firmauit, dotauit, nos benè pauit:
Ter deni Monachi clamant ad ſidera cœli.

Rex Otto expleuit, quod longo tempore creuit.
Filius Heinrici ſubit, æquiuocus Friderici,
Hic augmentauit ſtirps Miſinæ cumulauit.
Nunc redeo ad primos fundantes & ſimul imos
De Liſnig Dominos, Præfectos, non inimicos.
Sunt noui Heinricus, Albero, Albertus, Erhardus,
Meinhardiq́ꝫ duo, ſequitur quos optimus Hugo.
Non hîc ſtant reliqui, quorum ſunt codice cœli
Nomina conſcripta, requieſcunt corpora crypta.
Det Deus in cœlis vt eorum vita fidelis
Præmia condigna capiat per cœlica tigna.

Nota: quod de Genealogia Caſtellanorum de Liſnig ſunt iſti de Ranizoue in regione Transalbiana & in Vandalia in territorio Luneburgẽſi: Et nota, quod in illas partes quidam Otto nomine profectus eſt tempeſtate belli, quia ex eo loco maiores ſui & VViperti bellicoſiſſimi illius Comitis (à quo Caſtellani deſcendiſſe dinoſcuntur) transmeauerant. Et Proſapia ſua ibi adhuc manſit vſqꝫ in hodiernum diem. Et nota amplius, quod anno virginei partus 1283. quidam ex militaribus iſtis de Ranizoue, nomine Schalko, filius Schaloknis, hic fuit apud congentiles ſuos, Præfectos ſiue Caſtellanos in Liſnik, & ſecum adduxit filios eius Ottonem, & Britolfum primogenitum & ſecundo genitum inter decem, vt annuebat filios. Hic veniæ ſollicitè intendebat ab Imperatore, qui tamen eum per ſex menſes ſine gratia expectare fecit. Hic idem Schalko ſæpè monaſterium noſtrum viſitauit, & defotorum Chriſto fratrum conuerſatione gaudens eos ſpecialiter dilexit, eisqꝫ non parum profuit apud Dominum Alberonem & filium eius Dominum Erhardum ſpecialem huius conuentualis ſodalitij amicum, cuius anima perpetuò ſit in bona pace. Meruit illorum deuotio, vt pro eis ſemper ita oremus: Det eis ambobus in cœlo Deus præmia, inter indubitata ſalutis initia. Certè eorũ apud nos inferos optima eſt memoria, quorum eſt apud ſuperos, vt ſperamus, præſentia. Item anno Deiparæ virginis 1362. tempore Reuerendi patris Nicolai Hober de Rochlizia hic denuò fuerunt apud Heinricum Caſtellanum in Liſnik, (proh dolor, de quo gemens dico, noſtri monaſterij hoſtem) Kagenberus

& Ot-

& Otto de Ranizoue Ottonis & Iuttæ ex Ducali ſanguine procreatæ, vt præ ſe ferebant filij, qui Heinrico Caſtellano quantumuis exacerbato non parum reſiſtere amicis & aſperis loquelis præſumpſerunt. Hi fuerunt viri militares ſatis bonæ conuerſationis & Cœnobitis benè fauentes, vt latius habetur in Chronica quadam Poſaugienſi. Quorum nomina vtique Deus etiam habeat aſſcripta in libro vitæ.

Caſtellanorum verò proſapiam conſcripſit ſtylo emunctiori præfatus R. pater Nicolaus Hober, quæ habetur in Chronico noſtri monaſterij & vt ex illa paucis. Deſunt reliqua.

Hactenus appendix illa ſeu fragmentum Chronico Buchenſi à Siffrido Cœnobita ſcripto adiunctum. Nunc Genealogiam perſequamur.

OTTONIS, QVI HEINRICI III. BVRGGRAFII LISNICENSIS ALTER filius fuit filij

SCHALKO I. Hic nominatur, vt iam oſtenſum eſt, militaris de RANIZOVE & congentilis Præfectorum, ſeu Caſtellanorum de Liſnik. Propter exactè congruentem temporis rationem hunc Ottonis ipſius ex hac regione in Holſatiam, vt ſæpè iam inculcatum eſt, profecti filium eſſe omnino ſtatuo, etſi in appendice Buchouiana non expreſſum eſt. Qua verò occaſione hic, aut potius pater, Liſnicenſi titulo abiecto, nouū aſſumſerit, nobis non conſtat. Veriſimile autem eſt, vt huius rei hic inſerendo mentionem faciamus, ſi non in expeditione illa Conradi III. Imp. contra Slauos Obetritos, vnà cum Conrado Comite VVetynenſi Myſniæ aut Alberto Brandeburgi Marchione Anno 1147. Aut deinceps in contentione de Daniæ regno Zuenonis atq; Canuti Ann. 1152. vel 1155. in Holſatiam deſcendit Otto: tamen fortè Anno 1164. vel poſt ab Heinrico Comite de Orlemunda populari ſuo, qui Holſatiæ Vicarius, ſub puero Adolſo III. Comite fuit, eò allectum: vel in Heinrici Leonis Saxoniæ Ducis expeditione aliqua, vel deniq; anno 1130. cum ipſo Imp. Friderico, Sigebergam Adolſi Comitis vrbem obſidente, & cum nil proficeret pace falſo promiſſa, dolo eam obtinente, & quibus pax iurata erat, eos captiuos detinente vt loquatur appendix Peganienſis, eò profectum eſſe crediderim. Ita cum

Prædia conſecutus ab ijs tanquã feudo ſuo ſe nominari ſine dubio voluit. Quare & Anno 118 6. vel poſtea fundatio iam Monaſterio clypeus eius Reinfeldiæ, vt ante relatum eſt, ſuſpenſus.

Iohannes de Ranzoue Equ. Auratus, qui cum alio fratre ſuo, cuo ius nomen ignoro Anno 1236. teſtimonio, & ſigillo confirmauit priuilegium, quo Adolfus IIII. Holſat. & Schaumburgi Comes Plonenſis ciuitati ius Lubecenſe conceſſit.

N. de Ranizoue frater Iohannis, qui vnà cum eo obſignauit literas Adolfi datas Plonenſibus, vt iam indicatum eſt.

SCHALKONIS I.
POSTERITAS.

SCHALKO II. Militaris de Ranizoue: Hic Anno 1283. in Myſnia fuit apud ſuos gentiles ſeu agnatos Caſtellanos in Liſnig DN. Alberonem & Erhardum filium eius, vt eſt in fragmento Chronici Buchouienſis, & veniam petijt ab Imperatore, qui tum fuit Rudolfus Habspurgenſis, ſed cauſa non exprimitur. Additur autem ſex menſibus Schalkonem his in locis ea gratia expectaſſe, & Monaſterium Buchauienſe frequentaſſe, gauiſum conuerſatione deuotorum Chriſto fratrum, quibus non parum commodarit apud Comites Liſnicenſes. Quare & pijs ipſum vnà cum filijs & agnatis proſequitur vobis ſodalitas illa monaſtica.

Cum autem Schalko II. dicatur fuiſſe ex militaribus de Ranizoue obſeruandum eſt, eo ſignificari, vel Schalkonem I. vel ipſius patrem Ottonem militem, id eſt, vt nunc loquimur, Equitem auratum fuiſſe. Ea enim conſuetudo eſt vetuſtatis, quemadmodum ex Diplomatibus, obſeruaui, vt militum, id eſt, Equitum auratorum poſteri, Militares vocentur, Vnde hodiernorum Nobilium ſeu potius equeſtrium ordo fluxit, qua de re alibi dicendum.

SCHALKONIS II.
FILII.

Otto II. Militaris de Ranizoue primo genitus inter decem fratres.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Hunc vna cum fratre Britolfo ſecum habuit in Myſnia pater Anno 1283. Vxor Iutta fuit ex Ducali ſaguine procreata, vt habet idem fragmentum. Nam cur hunc Ottonem Schalkonis F. cum Kagenheri & Ottonis, de quibus ſub Anno 1362. mentio fit, patre Ottone non eundum eſſe ſtatuam, cauſſas nullas habeo.

BRITOLFVS Militaris de Ranizoue ſecundo genitus inter decem fratres, qui, vt ex fragmento apparet, in Myſnia fuit, vna cum parente & fratre maiori. Credo autem idem nomen huius eſſe cum abbreuiato Breidowis, quod deinceps etiam in familia Ranzouiana inuenitur. Cupio tamen ea de re erudiri ab ijs, qui nati ſunt in Saxonia literali, ſicut & de nomine Schalkonis.

N. N. N. N. N. N. N. N. octo fratres Ottonis & Britolfi, quorum nomina nobis ignota ſunt.

Horum autem filij ſine dubio fuerunt Ranzouij illi, qui in hanc Genealogiam certa loci ſerie nuſquam inſeri poſſunt, vt Nicolaus, qui vixit Anno 1322. & interfuit tractationi cum Lubecenſibus. Sic Iohannes & Elerus vixerunt, Anno 1326. vt conſtat ex literis archiui Epiſcoporum Lubecenſium.

Bruno Ranzouius VVoldemari Ducis Iutlandiæ Conſiliarius fuit, ſepultus Chilouij, Anno 1334. Conſtantinus mortuus eſt Anno 1335. vt colligitur ex memoria Coloniæ inſtituta in Collegio nobilium virginum in Capitolio. Hardevvicus vixit Anno 1347. qui teſtis fuit in priuilegio Iohannis Comitis Holſatiæ Monaſterio Reinfeldenſi conceſſo.

Mentio fit præterea aliorum, vt Chriſtiernus, qui in quibuſdam literis monaſterij Holmenſis teſtis fuit A. C. 1413. Strunonis & Harduici fratrum Dominorum in Curen, qui vixerunt A. C. 1435. Eggerdi Regij Danici præfecti Gorgenſes qui vixit anno C. 1446.

Vnius autem ex his filius fortßis fuit VVolldemarus Nicolai Comitis Holſatiæ Conſiliarius, qui Chilouij Anno 1390 ſepultus eſt. Horum poſteri quidam adhuc ſuperſtites eſſe ſcribuntur. Nam noſtro tempore 118. Ranzouios numerari certum eſt, à quibus caſtra, arces, prædia,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

ac nobilium domicilia vltrà quinquaginta in Regno Daniæ, ac Noruegiæ, & in Ducatibus Holſatiæ, Schlesvvicenſi, Luneburgenſi, ac inferioris Saxoniæ, poßidentur, in quibus iuriſdictionem habent minorem. & maiorem, id eſt capitis, quemadmodum Comites, Barones, ac præcipui ex nobilibus in Germania, & tota Cimbrica, & Danica nobilitas ſuis poſſeßionibus cum tali libertate fruitur.

Ex his non ita dudum Carolo V. Imperatori ſub Duce Holſatiæ Adolphoni in obſidione vrbis Metenſis ſeptẽ & Friderico II. Regi Daniæ ac Ducibus Holſatiæ in expugnatione Dithmarſiæ 16. militârunt: pro vt etiam ſeptennali Danico & Suetico bello 6. & cum Adolphus Dux Holſatiæ Regis. Hiſpaniarum nomine vocaretur in inferiorem Germaniam iſti expeditioni octo: obſidioni verò Gothanæ ex mandato imperij Romani ſuſceptæ 7. Gallicis Demum motibus, ſuperioribus annis tres interfuerunt: Ita vt nihil aliud ſit hæc familia quam bellicoſorum militum & magnanimorum Ducum quaſi perpetuum ſeminarium Et poßidet hæc familia &c.

Scribit Nobilißimus vir Dn. Heinricus Ranzouius Sereniſsimi Daniæ Regis in Ducatibus Schlesvvici, Holſatiæ, Ditmariæ Vicarius, Ranzouios quoſdam Innocentij VII. Pontificis confirmatione vſos Canonicatum Hamburgi pro poſteris conſtituiſſe. Sicut & alia beneficia Eccleſiaſtica eodem ferè tempore Itzehoæ Chilouij, Flensburgi, Schlesvvici, Plonæ, & in Cœnobio Pretzenſi fundârunt. Et de Conſtantini fundatione Colonienſi iam dictum eſt. Electus eſt autem Papa Innocentius VII. Anno 1403. vt tradit Compilatio Chronologica, vel ſequenti vt Paulus Langius in Chronico Citirenſi. Sed nunc reliquæ Genealogiæ partes attexendæ ſunt.

OTTONIS II. FILII.

RAGENHERVS Militaris de Ranizoue, Hic vnà cum fratre Ottone Anno 1362. fuit in Myſnia apud gentilem ſuum Heinricum Comitem Liſnicenſem, hoſtem & perſecutorem Cœnobij Buchouienſis. Si

diuinare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

diuinare licet ijs in rebus, in quibus luce meridiana clariora deſunt documenta, arbitror hunc Kagenherum eundem eſſe cum eo, qui in Genealogia Ranzouiorum hactenus ter quaterue publicata dicitur Caius: qui Eques auratus fuit, & vixit anno 1364. Duos is habuit filios Caium & Godſchalkum.

Otto III. Militaris de Ranizoue, de hoc, ſicut & de fratre in appendice ſeu fragmento Buchauienſi citatur Chronicon Poſaugienſe, quod quantum ſcio, non extat. Hic cum eſſet in Myſnia vnà cum fratre conatus eſt animum Heinrici in Monaſterium Buchouienſe valdè tum exacerbatam placare & lenire, & prædicatur amborum bona conuerſatio, id eſt, vita laudabiltier acta & benignitas erga cœnobium. Filium habuit Ottonem IIII. Et hactenus quidem Chronicis Myſniæ, videlicet Bigauienſi, Pragenſi, Vrſpergenſi, Sampetrino, Erfordienſi, Magdeburgenſi, Buchauienſi, & eiusdem appendici Chemnicenſi, Penicenſi quod Meieri eſt, & multis præterea variorum locorum diplomatibus inſtitimus. Nunc porrò quæ ſcribemus omnia ex Ranzouiorum genealogia illa non ſemel edita, & à D. Chytræo in continuatione hiſtoriæ Cranciana repetita, deſumenda erunt. Primum autem de Ottonis III. Poſteritate agemus.

OTTONIS III. POSTERITAS.

Otto IIII. Dominus in Salzau, Ranzou, Schlage, & Langker, quæ pleraq; in VVagria ſita ſunt, & bonorum in terra Oldenburgenſi, id eſt, circa Oldenburgum vrbem in eadem regione ſitam, quæ poſteri eius adhuc hodie poſſident. Filios habuit Breidonem & Schackonem.

OTTONIS IIII. FILII.

DN. BREIDO. Equ. Auratus. Anno 1300. habita eſt Chilonij (quod oppidum eſt Holſatiæ primarium, in VVagria, habens portum

ad

ad ſinum Orientalis Oceani ſeu Maris Balthici) de diuiſione Comitum Holſat: Normar: & Schaumburgenſium, tractatio, videlicet inter Gerhardum Ducem Scleſvvicenſem, Albertum iuniorem, & Heinricum filios Heinrici Senioris ex vna, & Ottonem, Bernhardum Præpoſitum Hamburgenſem, Adolphum, & VVilhelmum Ottonis FF, ex altera parte. Ei interfuêre vndecim Equites aurati, quorum primus & præcipuus fuit hic Breido. Inter reliquos verò nobiles quorum multi fuerunt. Schacko & Henningus Ranzouij etiam recenſentur. Filium habuit Heinricum.

DN. Schacko Eq. Auratus. Hic Anno 1416. Dux belli fuit in expugnatione inſulæ Femerenſis. Inde Anno 1439. Albertus II. Imp. Adolphum Ducem Sleſvvicenſem ex Schaumburgenſi familia vltimum, dignatus eſt honore ſocietatis ſuæ, qui peculiaris ordo fuit, geſtans inſigne Draconis cum Cruce. In eo diplomate, quod hodieq; in archiuis Gotterpienſibus aſſeruatur, Adolpho mandatur, vt eum honorem cũ Schackone Ranzouio communicet, quod illuſtre argumentum eſt, qua in exiſtimatione apud exteros etiam & ſummos homines ob virtutem fuerit hic Schacko. Relictis quinq; filijs, Caio, Hanſio, Heinrico, & Hardvvico obijt & ſepultus eſt in Gickau.

DN. BREIDONIS POSTERITAS, QVI OBTINENT NEVGERSDORFF. & Hogenſelde.

Dn. Heinricus Eq. aur. Obijt Anno 1464. Filios habuit Detleuum & Henningum.

DN. HEINRICI FILII.

Detleuus Canonicus Lubecenſis. Obijt 1465.

Henningus in Neugersdorff. Hic filios habuit Nicolaum & Marquardum Breidonem, Danielem.

HEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

HENNINGI POSTERITAS.

1 Nicolaus Conſiliarius Regis Daniæ, & Præfectus in Steinburg. Obijt 1571. die 5. Februarij, ætat. 63. cum aliquot menſibus. Pertexemus autem hunc ramum vt de alijs deinceps eò commodius agatur. Paulus Nicolai F. Præfectus Trummelbutelenſis, Natus eſt anno 1551. Hic filios habet Nicolaum Anno 1567. Laurentium, Anno 1578. & Paulum Anno 1582. natos.

2. Marquartus Henningi F. Obijt 1570. ætat. 63. Filij eius ſunt Henningus Breido, & Nicolaus.

3. Breido Henningi F. in Neugersdorff, huius filius Hennigus.

4. Daniel Henningi F. Natus Anno 1534. Præfectus fuit militum in bello Suetico. Nunc Friderici II. Daniæ Regis Conſiliarius, & Præpoſitus Monaſterij Vterſen.

Vxor eius Dorothea Alefeldia, cum qua in dotem accepit dimidiam partem caſtri Seegarten. Subiungemus huius quoq; filios, qui ſunt Hanſius agens ætatis annum 19. & Franciſcus annum 11. ingreſſus

DN. SCHACKONIS POSTERITAS.

Huius quinq; filij vixerant circa Annum 1469. vt apparet ex literis fœderis, quod nobiles Holſatiæ inter ſe inierunt contra vicinas ciuitates, & iniuſtam vim aliorum. Ei enim 24. Ranzouij ſubſcripſerunt. Diuiſerunt autem hi fratres quinq; inter ſe bona terræ Oldenburgenſis Salzou, Klampe, Laminersh.gen, Raſtorp, Siggem, Tudloſen, Bredun Loersdorp, Pancker, Helmſtede, Quernebeck & Marutendorf. Sunt ij.

1. Nicolaus. Hic Cœnobio Pretzenſi præter cætera dedit militare munus nempe 28. equos Anno 1469. Subiungemus ſtatim poſteros ab hoc conditos, vt Heinrici poſteritati, quæ maior eſt, deinceps maior locus ſit.

Benedictus I. Filius Nicolai ſuſcepit Chriſtoferum natum Anno

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

1503. adhuc ſuperſtitem, qui rurſus filios habet Benedictum II. Dominum in Tunderen, & Chriſtoforum Dn. in Quernbeek. Horum etiam ſunt Marutendorp & Oſterrade. Et Nicolaum. Hic Benedicti I. Filius in bello, quod Chriſtiernus III. Daniæ Rex cum Lubecenſibus geßit, Tribunus militum fuit & cum duabus cohortibus ſub Martino Roſſemio in Belgicum, & Galliam ſe contulit. Deinde Præfectus Peinenſis factus eſt, mortuusq; Lubecæ annum agens 77. 3. Auguſti Anno 1584. Sepultus ibidem in monumento Ranzouiorum, quod Heinricus Ranzouius filio ſuo Theodoro extrui antè curauerat.

2. Caius vixit Anno 1469.

3. Hanſius. Obijt 1485. Die 2. Octobris, ſepultus in monaſterio Pretz quod ſitum eſt in VVagria ad Zuentinum fl.

4. Henricus vixit Anno 1469. Hoc nati ſunt Hanſius & Otto, de quibus ſeorſim.

5. Hardvvicus vixit Anno 1469. Hoc natus eſt Otto Dominus in Raſtorp, qui perijt in Ditmarſia, Anno 1500. & filium habuit Nicolaū, qui Andream: quo natꝰ eſt Nicolaus Ranzou cubicularius Illuſtrißimi Principis VVilhelmi Landgrafij Haßiæ, qui in venatione aprum interficiens eiuſdem ictu viciſsim occubuit.

HEINRICI POSTERITAS.

Hanſius Heinrici F. Dn. Schackonis Equitis aurati N. Primo Canonicatum Lubecenſem habuit, quo reſignato vxorem duxit Margaretam Brockdorpiam. Vir doctus & Dominus in Nienhus, quam ipſe funditus ædificauit. Obijt Hederslebij, vbi in Monaſterio ſepultus eſt. Reliquit poſteritatem ſeptem filiorum felicem & honoratam. Omnes enim Friderici I. & Chriſtiani III. Regis Vicarij, Oratores, & Conſiliarij fuerunt.

DN. OTTO Equ. Auratus, Dominus in Bulke, quod caſtrum funditus ædificauit, & Knope, & Iohannis Regis Daniæ Senator. Sepultus eſt Anno 1511. Chilouij in æde D. Iacobi in delubro RANZOVIORVM

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

RVM, vbi & filij eius conditi ſunt. Vxor eius ANNA de BREIDEN.

DE DN. OTTONIS EQVITIS POSTERITATE PRIMVM.

1. Chriſtophorus Dominus in Bulke, Præfectus arcis Tonderenſis. Obijt anno Chriſti 1571. die 20. Februarij, ætatis 60. Vxor eius Anna Ranzouia de Pudlos. Filij eius Otto, Hieronymus & Heinricus.

2. Hieronymus. Deceſſit atq; liberis anno 1565. Vxor eius Margareta Broctorpia.

3. Heinricus. Vxor eius Magdalena Reuentlouia Filij Iohannes, Otto, & Melchior, quorum Melchior Dorotheam Ranzouiam de Qernbeck vxorem duxit, & caſtrum Salevvick pro Tuſchou à Regia Maieſtate Daniæ titulo permutationis ad ſe tranſtulit. Chriſtophori & Heinrici liberi poßident bona Bulke, Knope, Scekamp, Borchorſt, & Schenkel.

HANSII LIBERI.

1. Caſparus Dominus in Smolde, Regis Daniæ Conſiliarius, & Præfectus Flensburgenſis. Vxor Margaretha Ranzouia de Neuerſtorff, ex qua duos ſuſtulit filios Heinricum & Iohannem.

Heinrici filij ſunt Caſparus, Ioachimus, & Hanſius, qui poßident Schmolde. Iohannes adhuc ſuperſtes eſt, Præfectus Rendeſpurgenſis & Regius in Holſatia Conſiliarius, agens annum 55. qui cum vxore dotis loco accepit caſtrum Haſſelborch & Muuskentin.

2. Melchior Regis Daniæ Chriſtierni III. aulæ Præfectus ſiue Marſchalkus, ipſiq; carus fuit. Hoc enim fatis erepto, dixiſſe fertur, ſe gemmam ex corona amiſiſſe. Obijt iuuenis & cœlebs Anno Chriſti 1539. Vir diſertus & latinæ linguæ non imperitus. Sepultus eſt Hafniæ in loco qui coronationi Regum Daniæ deputatus eſt. Clarus bello Lubecenſi.

3. Balthaſar Epiſcopus Lubecenſis, & Præpoſitus Schlesvvicenſis, nec non Chriſtiani III. Daniæ Regis Conſiliarius, Captus eſt in arce

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Epiſcopali Goldenhauen à quodam nobili Regis Daniæ Chriſtiani III. inimico, vt pecuniam ab ipſo extorqueret, & in captiuitate vitam cum morte commutauit, cum per annos 17. Epiſcopatui ſumma cum laude præfuiſſet. Anno 1547. ætat. 49. Fuit Vir inſigniter doctus, qui Epiſcopatui benè præfuit.

4. Breido. Hæres ſeu Dominus in Bolgenſtede & Redvviſch, Vir eloquens, Regis Daniæ in Ducatibus Holſatiæ &c. Vicarius ſeu locum tenens & Præpoſitus Pretzenſis. A Chriſtiano III. Daniæ Rege in Friſiam miſſus eſt cum copijs equeſtribus ac pedeſtribus, vt capitaneum Menardum de Hamme obſidione ſolueret. A Domino Georgio Schenkio autem Caroli V. gubernatore Friſio captus fuit. Deinde iterum captus à Chriſtophero Comite Oldenburgico, in Fionia. Obijt anno 1562. 13. Octobris ætatis 56. ſepultus in Parochia ſua Eggebeke. Vxor eius Catharina Heiſtera.

5. Heinricus Hæres Eſelsmarck, & Satvviſch, Adolfi Ducis Holſatiæ Conſiliarius, & Præfectus Gottorpienſis: Sepultus Roslebij anno 1561. 8. Februarij Sexagenarius ferè. Vxor Dorothea VVoniſchfleda. Filius eius Hanſius poſſeſſor bonorum paternorum & Dominus pro rata ſua caſtri Neinhus. Duxit vxorem Margaretam Alfaldiam, quæ dotem habuit arcem Saxdorff. Huius filij tres Heinricus, Marquardus, & Siffridus.

6. Siffridus Dominus quondam fuit caſtri Nienhus, Adminiſtrator Inſulæ Vemerenſis & Præfecturæ Haderslebienſis, Iohannis Holſatiæ Ducis Conſiliarius, Obijt cœlebs 1576. ſepultus in Gikouu.

7. Otto Hæres in Ranzou, Schonenvveide, & ex parte aliqua caſtri Neinhus. Vxor eius Margarita Alfeldia. Obijt Anno 1585. die 24. Decembris ferè octogenarius, ſepultus in Gikouu. Habuit 4. filios, quorum tres ſuperſtites ſunt, Hanſius, Balthaſar, & Heinricus, Melchior enim Anno 1585. ſubmerſus eſt.

Hactenus de Ottonis III. poſteritate. Nunc de linea Cai, quem Kagenherum in appendice Buchouienſi dici exiſtimo, agendum, quæ rurſus bifurcata eſt, Nam filios, vt ſupra indicatum eſt, habuit Caium & Godſchalkum.

CAI

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

CAII POSTERITAS.

Caius II Dominus fuit caſtri Krumendik, & bonorum paluſtrium ac circa oppidum Itzeho (quod ab Helmoldo lib. 1. c. 19. Ethebo præſidium, id eſt, munitio iam tum ſub Conrado II. Imperatore, appellatur) iacentium. Hic Anno 1597. ordinauit diuiſionem inter Comites Holſatiæ & Stormariæ, quæ ſcripto comprehenſa in hodiernum vſq; diem in archiuis Gottorpienſibus ſeruatur. Sepultus eſt Itzohoæ in æd. ſacra D. Laurent: contigua monaſterio nobilium Monalium propè altare S. Trinitati dicatum.

Godſchalkus I. Gerhardi Ducis Schleſvvicenſis ſenator, cuius literis quibus priuilegia Reinfeldenſi Monaſterij Anno 1599. confirmauit, teſtis ſubſcripſit. Obijt ætat. Anno 63.

Nunc primum de Godſchalci Primi Poſteritate. Nam Caij amplior eſt.

GODSCHALCI I. POSTERITAS.

Godſchalkus II. Hic anno 1469 inter 24. Ranzouios, qui vnà cum reliquis Holſatiæ primoribus, à quibus tum fœdus ictum eſt, (vt ſupra in Domini Schackonis Equitis Aurati filijs, etiam mentio facta eſt) nominatur. Reliqui pleriq; non ſunt in hac Genealogia quod argumentum eſt amplitudinis huius familiæ nobiliſsimæ. Vxor eius fuit Eliſabetha de Sehſtede, de Cluuenſick. vixit annos 63.

Antonius Godſchalci Secundi filius, Dominus in Nienhaue, quod caſtrum funditus extruxit. Friderici I. Regis Daniæ Conſiliarius, & Præfectus Gottorpienſis. Obijt Anno 1533. ætatis 63. Sepultus in æde ſua Parochiali VVeſtenſeh (vnà cum Vxore Druda Ranzouia Petri F. quæ Obijt 1540.) eleganti monumento muris inſerto.

ANTONII LIBERI.

Godſchalcus Tertius. Natus 1501. Dominus in Nienhaue, VVammendorff, &

mendorff, & VVilſtede, Chriſtiani Tertij Daniæ Regis Senator. Obijt 1564. 22. Martij, conditos apud maiores in VVeſtenſeh iuxta monumentum lapideum à poſteris eius erectum vnà cum vxore Margaretha Bockvvoldia, quæ obijt eodem Anno die 22. Februarij. Attigerunt ambo annum ætatis 63.

Clara nupſit Chriſtophero de Schulenburg, Domino quondam in Engern & Betzendorff, quæ hæredes adhuc obtinent.

GODSCHALCI III. FILII.

Daniel Dominus in Nienhaue & VVoldenborn, iuuenis Carolo V. militarem operam præſtitit. In expugnatione Ditmarſiæ primum duarum cohortium ductor: Deinde regis Daniæ Friderici Secundi ſummus belli Dux contra Suetiæ Regem deſignatus eſt, atque hoc munus in ſeptem vſq; annum cum laude adminiſtrauit. Regem Suetiæ aliquot prælijs ſuperauit, exiguo exercitu ingentes hoſtium copias fudit, vt in campo Alſtorffheide 4. millibus 26. millia hominum proſtrauit. Tandem in obſidione arcis VVarburgicæ, quæ paulò pòſt deditione facta expugnata eſt, globo ex tormento æneo exploſo per caput eius adacta expirauit, ætatis circiter anno 40. Anno Chriſti 1569. 11. die Nouembris. In Parochia ſua VVeſtenſeh apud maiores ſepultus eſt ſplendido monumento Cerypta eius inſtrato, vnà cum alijs Epitaphijs in memoriam ibidem erectis. Mortuus eſt ἄπαις. Nam deſponſata ei fuerat Catharina à Damme, quam poſtea ipſius frater Petrus duxit. Linguam Latinam, Italicam, Gallicam, Danicam, & Germanicam egregiè calluit.

Antonius Secundus. Natus Anno 1533. Hæres in VVilsdorff, quod prædium Regi Daniæ Friderico Secundo vendidit. Poſt obitum Danielis fratris ceſſit ei Nienhaue. Hic adhuc viuit cum duobus filijs Antonio & Godſchalko quarto, qui literis dant operam, & linguæ latinæ & Gallicæ non imperiti ſunt.

Petrus natus Anno 1538. Dominus in Arnsborch, ſiue VVoldeborn, cuius fundamenta iecit prima, foſſa ac vallo additis & VVammendorff, quod pro Troieburg cum Rege Daniæ Friderico II. permutauit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Praterea hæres in Schirenſeh & Mollendorp, Regius Danicus Conſiliarius eſt, & Præfectus Flensburgenſis. Vxor eius Catharina à Damme quæ defuncta eſt Anno 1577. 20. Ianuarij. Donatus eſt à Friderico Secundo, Daniæ Rege ordine Danico, nempe aureo Elephante cum turri. Hic natus eſt filius Daniel ex Catharina vxore Anno 1572. 5. die Ianuarij. hora 6. min. 50.

POSTERITAS CAII II. QVI CAII. I. FILIVS, OTTONIS II. NEPOS, SCHALkonis Secundi Pronepos, Schalkonis Primi abnepos, Ottonis Burggrafius Liſnicenſis atn. fuit, habuit autem hic Otto Burggrafius Ranzouiorum c d itor proauum VVigbertum Groicenſem, Marchionem Luſatiæ, Burggrafium Magdeb. vt ex præcedentibus manifeſtum eſt.

Breido Caij II. F. hæres in Crumendik. Obijt 1440. tumulatus Itzchoæ apud patrem. Vxor eius Druda Radlouia de Lenſan, qui obijt 1451. die 24. Auguſti. Reliquit quinq; liberos, Petrum, Bertoldum, VVoldemarum, & Mettam.

BREIDONIS LIBERI.

Petrus vixit Anno 1480, quo bona propè Itzchoam ſita, ad Caſtellum Crumendik quondam ſpectantia, Monaſterio Itzchoenſi vendidit. Filiam eius Drudam duxit Antonius Rauzouius, ex Godſchalci poſteritate, quæ obijt 1540.

Bartoldus Præpoſitus Hadelarienſis, Canonicus Bremenſis. Exceßit è viuis Buxtehudæ Anno 1459. 8. Ian. translatusq; Bremã, vbi in ſacra æde cathedrali ſepultus cum Epitaphio, quod Heinricus Regius Danicus Vicarius renouari fecit. Hic Bartholdus, ſi diutius vixiſſet, forſitan etiam ad dignitatem Epiſcopalem Bremenſem euectus fuiſſet.

Heinricus Primus. Hæres bonorum feudalium in Itzehoa, quondam Hamburgenſium præfectus in arce Steinborg. Obijt ſexagenarius 1479. apud maiores ſepulturæ mandatus.

Vxor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Vxor eius Olegardis Bockvvoldia (Detleui Equitis aurati Domini in Borſtel & Siehagen. qui & ipſe Itzehoæ ſepultus eſt, cum vxore Magdalena de Humelsbuttel, F.) quæ deceſſit Anno 1538. propè maritum condita, cum annis 41 vidua fuiſſet, vitam ad annum 80. perduxiſſet. Filios habuerunt quinq́;, Breidonem, Caium, Paulum, Detleuum, Iohannem. & vnam filiam Catharinam.

VVoldemarus Hæres in Crumendik, cuius poſteri caſtrum Crumendik Sehſtedijs vendiderunt. Hic habuit tres filios. Iacobum Chriſtophorum Ottonem. Iacobus ex his vnicam filiam reliquit, quam duxit Henningus Ranzouius.

Metta ſiue Methilda vxor N. Reuentlauij, ſed ſine hæredibus defuncta Anno 1489. die 9. Maij, Cœnobio Itzehoenſi quinq́; millia marcarum in Teſtamento dotauit, vt patet ex maiorum relationibus, ex Diplomatibus de hac re confectis, nec non ſaxo ſepulturæ ibidem inſtrato.

HEINRICI I. LIBERI.

Breido Secundus Dominus de Crummenedick. In Ditmarſia fortiter pugnans perijt, Anno 1500 cum tribus alijs. Ioachimo Domino in Aſchebergk, Ottone Domino in Raſtorp & Heinrico Ranzouijs, cum Rex Daniæ Iohannes hanc bello oppugnaret, vbi etiam tumulis obruti ſub dio iacent. Nam honor ſepulturæ quem ipſorum propinquæ & agnatæ Moniales nobiles Cœnobij Itzehoenſis eius tribuere inſtituerant, à Ditmarſis eſt negatus. Sed illuſtrium virorum ſepulchrum quæuis terra & monumentum eſt, non tantum inſcriptio in tumulo, ſed etiam non ſculpta honeſta memoria, quæ Hiſtorijs non tumulis conſeruatur.

Quadriennium poſt à Ditmarſis iniquitate loci circumuenti & cæſi Holſati, ut Ranzouium & Pouuiſcum captos redimerent, oportunam munitionem Delffbruggæ, quæ generoſorum virorum ſanguine multo vix occupata fuerat & Præſidio valido tenebatur, hoſtibus Ditmarſis, conſentientibus Principibus, & totius nobilitatis flore, reddiderunt.

Paulus Regius Daniæ Friderici I. aulæ moderator ſiue Præfectus fuit, inq́; floreſcente ætate extinctus eſt. Anno 1521. & Itzehoæ ſub lapide ſepulchrali humatus iacet. Reliquit filium Henricum, qui aliquādiu

caſtra

caſtra ſecutus in Gallijs apud Martinum Roſſemium vnius Equitum turmæ ductor fuit, aqua ſubmerſus perijt, Schlesvvicięq; ſepultus eſt. Anno Domini 1546. ætatis 28.

Caius Dominus in Hanrou, Kletkampe & Cherubi, Adolſi Ducis Holſatiæ Conſiliarius fuit, Præfectus Trittauienſis. Vulnus accepit in bello Lubecenſi tormento, cum propugnaculum Traue munda ipſius ereptum eſt. Mortuus Anno 1560. ætat. ſupra 72. maiorum ſepulchris illatus eſt. Filij eius fuerunt, Paulus, Heinricus Mauritius. Detleuus, de quibus ſuo loco.

Detleuus Canonicus Bremenſis & Hamburgenſis Bononiæ aliquandiu in ſtudijs bonarum artium verſatus linguam latinam & Italicam rectè didicit: Poſtea Romam ſe conferens & ad reliquas dignitates Eccleſiaſticas contendens ibidem obijt Anno 504.

Catharina. Per 20. annos Abbatiſſæ munus in Cœnobio Itzchoenſi ſuſtinuit. Mortua anno 1564. 13. die Ianuarij. ætatis ſuæ 81. Monumentum ipſi poſuit in peryſtilio eiusdem Cœnobij auſtrali in angulo Heinricus Ranzouius Vicarius Regius filius Iohannis fratris huius.

DN. Iohannes Dominus in Bredemberg. Botkamp, Sturnehagen. & Melbeck. Hieroſolymis decore Balthei militaris inſignitus eſt, circa id tempus cum Selymus Turcarum Imperator eam ciuitatem bello ſuperaſſet. Tribus Daniæ Regibus ſummus bellorum Dux, & conſiliarius intimus, Regis Chriſtiani Tertij in Holſatia vices gerens. Lubecam obſidione cinxit & aliquot Lubecenſium propè Oetinum profligauit. In Iutia cum Erico Banner Dano Equite aurato ruſticos ſeditioſos domuit Nauarchū Clementem, qui ſe propria autoritate pro Rege geſſit, cepit, capitisq; ſupplicio affecit.

Inita eſt confœderatio, Rendesburgi in Comitijs Holſaticis à Rege Chriſtiano Tertio inter ipſum ac fratres ſuos impuberes, nec non Nobilitatem Danicam & Holſaticam, qua Cautum fuit vt vnus alteri mutuum præſtaret auxilium. Si qua verò lis inter Principes ac nobiles oriretur, ut illa per certum numerum procerum Daniæ & nobilitatis Holſatiæ dirimeretur. Quod ſi autem neq; ij controuerſiam poſſent com-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

ponere vt tunc communi ſuffragio arbitri eligerentur. Hæc confœeeratio erecta & à ſequentibus Ranzouijs pro ſe ſuiſq; hæredibus obſignata eſt A. C. 1531. quorũ nomina hæc ſunt: Iohannes hæres in Bredenberck, Præfectus Steinburgenſis. Melchior Dominus in Nienhus Præfectus Frinbrienſis & Flensburgenſis, Heinricus de Pudloſen, Schacko de Neuerſtorp. Heinricus de Niendorp, Andreas de Saltzovv, Caſparus de Nienhus. Huius confœderationis bina ſunt confecta exempla, quorum hoc apud Reges Daniæ, illud apud proceres Holſatiæ aſſeruatur.

Duabus obſidionibus Hafniæ in Selandia interfuit. Seuerinum Norbium Regis Daniæ Chriſtiani II. ſummum belli Ducem parentibus in campis prælio ſuperauit in Scania & cœpit. Comites quoq; aliquot in Fionia in loco Ochſenberg dicto, fudit inter Imperatorem Carolum V. ac Daniæ Regem Chriſtiernum III. Spiræ vnà cum ſocijs legationis, vt Dn. Andrea de Bilde Equite aurato, & alijs pacem compoſuit ac ſtabiliuit Anno 1544. Tandem cum Daniæ Rege Friderico II. nec non Holſatiæ Ducibus Iohanne, & Adolfo in Dithmarſiam expeditionem ſuſcepit, eiuſq; belli Dux fuit. Vixit Annos 73. & menſem vnum. Placidè obijt filijs claudentibus oculos Anno 1565. 12. Decembris.

Caſtra Brendenberg, & Bodcamp precio ſuo emit, & funditus ædificauit, quorum prius inter munitiſſima totius Holſatiæ recenſetur. Vxor eius fuit Anna VValsdorpia vltima eius familiæ in illus oris, quæ obijt 1582. 29. Decembris. Cum vixiſſet annos 72. propè coniugem honorificè condita ſub ſepulchro ſplendido Itzchoæ cum varijs Epitaphijs, quæ filij mærentes parentibus ſtatui curarunt. Vidit liberos, nepotes, ac pronepotes XLVIII. Ecce ſic benedicetur homini qui timet Dominum.

Pater eius fuerat Gerhardus VValstorpius, qua cum ſexagenarius obijſſet, in templo Segebergenſi ſepulturæ traditus eſt & monumento honorifice ornatus à Nepote Heinrico Ranzouio Vicario Regio.

Mater fuerat Catharina Ranzouia, qui obijt in Pretz ſeptuagenaria ferè, ibidemque apud ſorores ſuas, quæ virgines Moniales fuerunt. ſepulta iacet. Gerhardi pater fuit Heinricus VValsdorpius Dominus in

Pardol.

Pardol, ſepultus Bornhouede. Mater eius Anna Suauenia. Catharina verò Ranzouiæ, quæ Gerhardi coniunx, vt diximus, fuit, pater Heinricus Ranzouius fuit. Dominus in Niendorff, & Quernebeck, qui vxorem Abelam Seeſtediam habuit, Atq; horum, qui iam inſeruimus, adminiculo Maiores indicarij, vt appellare vulgò ſolemus, octo Heinrici Regij Vicarij in Holſatia &c. deduci poſſunt.

CAII DOMINI IN HANROV &c. FILII.

Paulus Vir doctus, & iuris cognitione imbutus, Signifer Caroli V. in bello contra Iohannem Fridericum Saxoniæ Ducem Principem Electorem, perijt lue peſtifera infectus propè Lipſiam, tumulatus in Zeitz oppido Epiſcopatus Numburgenſis.

Heinricus Canonicus Hamburgenſis, nec non vir militaris. Stipendium meruit ſub Balthaſare Comite de VVitmunde contra Bremenſes. Ab obſidione vrbis Metenſis cum Duce Holſatiæ Adolfo vnius turmæ Equitum ductor diſcedens apud Treuiros, peſte interijt, ibidemq; in templo Cathedrali ſepultus eſt. Anno 1553. monumentum in memoriam eius poſito.

Mauritius Dominus in Hanrouu & Holtenklinke Adolfi Ducis Holſatiæ Conſiliarius, & Præfectus Gotterpienſis, Ditmarſenſis, & Reinbeccenſis, Et in expugnationibus Ditmarſica, & Gothana vnius Equitum turmæ ductor.

Anno 1572. Hydrope correptus obijt Lubecæ, ac Itzehoam ad ſepulchra maiorum translatus eſt, cum monumento eius parieti affixo. Vnicus eius ex Barbara Seheſtedia vxore filius Caius adhuc ſuperſtes egit annum ætatis 20. cum hæc ſcripta ſunt.

Detleuus Dominus in Kletkampe & Cherubi, Adolfi Ducis Holſatiæ Conſiliarius, & Præfectus Ciſmarienſis, & Oldenburgenſis. Natus eſt Anno 1537. Vxor Margaretha Heinrici Ranzouij de Satvviſch F. Filius eius Caius annum agens 16. literis incumbit.

DN. IOHANNIS EQVITIS AVRATI POSTERITAS.

Heinricus natus Anno 1526. die 11. Maij, Hora decima m. 31. poſt meridiem in arce Steinborg, Dominus in Bredenberg, Ranzouisholm. VVandesborg, Tuſchenbeck, Nutzſchou. Melbek. Redingerſtorff, Gronou, & VVelligsbuttel: Regum Daniæ Chriſtiani Tertij, & Friderici Secundi in Ducatibus Schlesvvici, Holſatiæ. & Ditmarſiæ Vicarius, Conſiliarius, & Adminiſtrator Præfecturæ Segebergenſis per ſpacium 30. annorum: accerrimas ſuſtinuit contentiones cum Comitibus Hoienſibus cum ratione æris alieni, quo ſocero ſuo obſtricti erant, tum quod vxoris tuæ fratrem in vincula coniecerant, ad quam rem vindicandam Franciſcus ab Halle Iodocum iuniorem Comitem Hoienſem fratrem Iohannis Epiſcopi Monaſterienſis, natum ex Sorore Guſtaui Regis Suetiæ in oppidulo Segebergonſi ceperat. Cum autem in iudicio Cameræ pro ſe & contra Comites Hoienſes ſententiam latam iure belli vi & armis perſequi decreuiſſet, tandem interpoſita tractatione Regis Daniæ Chriſtiani Tertij & Electoris Saxoniæ Auguſti hæc controuerſia Vitzenij A.C. 1558 eſt ſopita. Loquitur ac ſcribit latino ſermone expeditè & elegãter, Gallicæ quoq; linguæ non imperitus. Ab inclyto Rege Daniæ Friderico II. titulo emptionis 55000. talerorum Ranzouisholmum comparauit. Nutzkou. VVandesberg, Gronou, & Redingeſtorff ſimiliter coëmit & extruxit. Expeditione Ditmarſiæ interfuit, quam ſubiugatam inter Regem Daniæ, Holſatieq; Principes diuiſit: nec non tractationi pacis inter Daniæ, Suetiæ, ac Poloniæ reges, & ciuitatem Lubecam, Stetini vnà cum reliquis adhibitus fuit Anno Chriſti 1570. Donatus eſt etiam à Friderico Secundo Daniæ Rege inſignibus ordinis Danici, quæ ſunt aureus Elephas cum turri.

Vxor eius Catharina vnica Filia Franciſci à Halle (ex equeſtri Brunſuicenſium ordine nati, clari propter multas magnorum Principum aduerſitates & captiuitates quas ſuperauit, mortui Antuerpiæ, Anno 1553. die 28. Septembris. ætatis anno 63. honorati ibidem marmoreo monumento à genero, & filia primoria æde S. Mariæ) hæres ingentium diuitiarum, præcipuè verò in Drakenborg & Rintelem, nata Anno Chriſti 1533. Filij huius 7. Franciſcus, Breido, Fridericus, Gerhardus, Dietericus

ricus, Caius, Iohannes, Filiæ 5. Magdalena, Catharina, Oligarda, Eliſabetha. Margareta.

Paulus Natus Anno Chriſti 1527. die 16 Octobris inter 2. & 3. horam noctis. Dominus in Bodekamp, Lindouith. Arleuat. Peienſtet, Scaphuſen. Adolſi Ducis Holſatiæ Conſiliarius, & Præfectus Trittauienſis. Reinbeccenſis & Tremmelsbuttelenſis fuit, eiusdemq; Ducis vexillifer in obſidioni Metenſi: nec non legatus, cum idem Dux bis mille Equites ex mandato Philippi Regis Hiſpaniarum Duci Albano adduceret. In iuuentuti Alberti Marchionis primi Ducis Bruſſiæ Cubicularius fuit. Obijt in Reinebeck, & Itzchoæ apud maiores honorificè tumulatus eſt 1579. cum vixiſſet annos 51. menſes quinq; dies 6. MAGDALENA &c.

HEINRICI VICARII REGII LIBERI.

Franciſcus Ranzouius Natus Anno Chriſti 1555. die 28. Auguſti, hora 17 m.0. poſt meridiē Segebergæ Friderici Secundi Regis Daniæ Præfectus in Coſſor, vbi traiectus eſt inter Fioniam, & Selandiam. Linguam callet Gallicam, Latinam & Danicam. In iuuentute operam literis dedit Louanij cum VVilhelmi Principis Aurantij Filio, quo Antuerpiam vocato, capto & in Hiſpaniam abducto hic Franciſcus à Duce Albano Louanium remiſſus eſt. Vxorem Annā Roſenkranziam quæ bona poſſidet in Noruegia, Selandia & Fionia natam in Norvvegia Bergæ 1566. die 13 Maij hora 12. cum m. 31. noctis, cum pater eius regni gubernator tum temporis eſſet, duxit An. 1584. Ex hac ei natus eſt Ericus 1585 die 29. Aug. inter 1. & 2. horam noctis in arce Roſenkranziorum Ariſchouin Fionia. Et Anna in Caſſor in Selandia An. Chriſti 1586. 21. Auguſti hora 6. mane.

Breido Tertius Natus anno 1556. die 13. Octobris hora 19. m. 4. mane Segebergæ, Regius Danicus Senator, & Præfectus inſulæ Langeland. Loquitur Latinè, Gallicè, & Danicè expeditè, Fuit in magno diſcrimine vitæ Lutetiæ cum ibidem nuptiæ illæ cruentæ Regis Nauarræi celebrarentur. Miſſus eſt à Rege Daniæ Friderico Secundo Anno 1586. ad Regem Heinricum Galliæ. Vxor Sophia Roſenkrancia ſoror Annæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Nata Bergæ in Norvvegia Anno Chriſti 1560. die 22. Decembris hora 3. M. 24. à meridie quæ itidem poſſeßiones habet in Norvvegia, Selandia, & Fionia, ducta a Breidone Anno 1579.

De Canuti cæde in ſomnijs præuiſa in hunc fermè modum ſcribit Albertus Abbas Stadenſis, ab illuſtris familiæ Equite D. Heinrico Ranzouio, in lucem editus.

Venit Slesuicum Canutus Rex Obotritorum, Erici Borij filius, collocuturus cum Nicolao patruo ſuo, ſeq; in omnibus huic, cum loco, tum dignitate adæquauit. Magnus Nicolai filius & ambitione incenſus & matre improba inſtigante conſilium capit de ſtruendis inſidijs & occidendo Canuto. Nicolaus, eo animaduerſo conciliare animos cognatos ſtuduit, conuocatis regni Principibus, ſed fruſtra. Etſi enim manu & lingua iuraret, animum tamen non deponebat hoſtilem Nicolai filius, & euocato ad colloquium Canuto, quod animo conſtitutum habebat, ſub prætextu amiciciæ & initi fœderis, exequi decreuit. Vxor Canuti non imprudens fœmina, intelligens inimico reconciliato non facilè habendam fidem, & inſidias timens, ſimulq; exaſperata, & cautior facta ſomnio, quod præterita nocte uiderat, congreſſum marito cum patruele diſſuadet.

At Canutus nihil mali ſuſpicans, ſunt enim naturæ generoſæ minimè ſuſpicaces, quatuor viris comitatus, Magnum accedit, totidem viris comitatum: Quem Magnus humaniſsimè excipiens, exoſculatur: Conſederuntq; tractaturi negocia, quorum cauſa conueniſſe putabantur. Verum de improuiſo, attollentes ſe inſidiæ, Canutum interfecerunt, & membratim corpore diſcerpto, crudelitatem ſuam etiam in mortuo exaturare geſtierunt.

Fridericus Ranzouius, Natus Anno 1557. die 31. Octobris hora 5. m. 30. poſt meridiem Segebergæ, Archidiaconus, & Canonicus Schlesvvicenſis, Latinæ linguæ peritus. Hic apud Iohannem Caſimirum Palatinum in expeditione Colonienſi aliquandiu commoratus eſt Anno 1583. Cum Regio Danico Admiralio profectus eſt in Liuoniam, verſus Oſel. & Arnsburgum, cum illi denuò Friderico II. Daniæ Regi iuramento ſunt obſtricti, An. Chriſti 1584. Poſtea profectus eſt cum Erneſto de Mandeslao in Galliam ad expeditionem Anno 1586.

In Belgio anno 86. vnius quidem turmæ equitum extitit. Ac tandem in Gallia Anno 87. Regis Gallicæ Heinrici III. partes ſecutus, non procul à Champerauxl à ſicarijs globo aliquoties ex inſidijs traiectus perijt. 9. Decembris ſtylo nouo, 29. Nouembris ſtylo veteri. Anno ætatis 30. die 29.

Gerhardus natus Anno 1558. die 16. hora 11. m. 30 poſt meridiem Segebergæ. Canonicus Bremenſis & Lubecenſis, Regius Danicus præfectus propugnaculi maritimi Cronenburg. Peregrinatus eſt per Germaniam inde vſq; ad Conſtantinopolin, & vlterius Hieroſolymam: nec non per Italiam, Galliam, & Hiſpaniam verſus Madrilum & Vlyßibonam profectus, iter ſuum Lutetiam conuertit, atq; hoc modo in Angliam indeq; rurſus in Daniam ſe recepit, ad quod iter perficiendum inprimis ipſi profuit linguæ Gallicæ, Italicæ, & Latinæ cognitio, quas didicit apud Comitem Arenbergium in inferiori Germania, vbi educatus eſt.

THEODORVS Natus Anno Chriſti 1561. die 24. Maij. hora 3. poſt meridiem. Obijt anno 1572. die 27. Iunij Lubecæ vbi in ſummo templo quieſcit.

CAIUS Ranzouius, Natus Anno 1562. die 9. Auguſti hora 6. m. duodecima poſt meridiem, Præpoſitus & Canonicus Hamburgenſis. Loquitur Gallicè & Latinè.

Iohannes natus Anno 1566. die 14. Februarij, Obijt Heidelbergæ, cum ſe eodem cum Illuſtrißimis Holſatiæ Principibus Friderico & Philippo contuliſſet peſte extinctus. Anno 1582. die 17. Octobris, ſepultus ibidem in æde D. Petri, in cuius memoriam pater monumentum poni fecit.

MAGDALENA.
CATHARINA. mortua 26. Maij 1587.
ELISABETHA.
OLIGARDA.
MARGARETHA.

PAVLI FILII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Gerhardus natus 1554. Anno 1580. Ottoniæ in ſingulari certamine ab aliquo quodam nobili gladio interemptus eſt. Fuit hoc circa id tempus quo Duces Schlesvvicenſes Ducatum Holſatiæ à Rege Daniæ Friderico ſecundo in feudum ſuſcepere. Locutus eſt Latinè, Gallicè, & Italicè expeditè. Nam in Italia & Gallia literis operam nauarat.

Caius ſepultus Dreſdæ Anno 1580. die 9. Septembris, Aetatis 14.

Breido natus eſt Anno 1563.

Melchior natus eſt Anno Chriſti 1565. In Vngaria contra Turcas militat.

OTTO.

Iohannes natus Anno Chriſti 1567.

Henricus Natus Anno 1568. Verſatus in literis.

DANIEL.

Bartramus. Natus Anno 1569. die 17. Decembris hora prim. min. 7. poſt meridiem.

IN INSIGNIA RANZOVIANA

Ranzouij rubra eſt Clypei pars dextra, ſiniſtra eſt
Candida, ſed caſsis cornua bina gerit.
Cornua ſunt robur, Martis Color alter, & alter
Pacis: vtrumq; ſatos nobilitate decet.
Forma quid hæc ſimplex? ſimplex fuit iſta vetuſtas,
Simplicitas formæ ſtemmata priſca notat

IN EFFIGIEM ARMATAM Henrici Rauzouij Regij Vicarij

HAec eſt RANZOVII decens imago,
Quem Vicaria Danici tot annos
Regis munia reddidêre clarum.
Immo claruit antè. Gens auita
Stemmatis ſeriem vetuſtioris
Summâ nobilitate ſemper auxit,
Raramq́; inſuper eruditionem
Adiecit. Cataphractus adeſt ecce:
Mars Thoraca viro dedit gerendum,
Sed Pallas galeam. Caput Mineruæ,
Robur corporis eſt ſacrum Gradiuo.
Cui mirum, cate Ranzo, ſi vel vnus
Multos Marte viros & Arte vincas?

Paulus Meliſſus Myrtilleti
Anno CIↃIↃXXVI.

IN EFFIGIEM IOHANNIS Ranzouij Equitis aurati.

TAlis Iohannes facie ſpectandus, & armis
Ranzouius, pugnas quando ciebat, erat:

L. Stirps

Stirps hæc Ranzouidum, ter centum floruit annos;
Inclyta qua veteri Cimbria laude viget.
Accendit iuuenem virtus, & gloria Martis,
Cùm petijt vaſto regna Britanna mari.
Vidit & Heſperiam: Creten. Salymæq; ruinas
Et Syriæ Populos, Argolicasq; plagas:
Venit & Italiam: poſt tot diſcrimina reges
Præficiunt armis, imperijsq; Ducem.
Sceptra bis ancipiti repetiuit Danica bello:
Hunc ſtupuit trepidis, Traua cruentus, aquis;
Dithmarſos acie vicit, regisq; ducumq;
Auſpicijs, priſcos fortiter vltus auos.
Nec minus hic pacem coluit, quæ Marte repulſo
Extulit ad Boream, Pallade cincta caput.
Nunc tanti herois laudes veneratur, & effert
Cimbria & Arctoo proxima regna polo:
Virtutesq; patris nati virtutibus æquant
Et genere, & tanto dignus vterq; patre eſt:
Contulit heroico clypei quia tegmina Pallas,
Et Paulo Mauors arma coruſca dedit.
Pergite ſic, nati: tu, Dux fortiſsime, ſalue:
Inter & Heroes, inter & aſtra vale.

Henningus Conradinus F.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

SEQVVNTVR NOMINA RANZOVIORVM, QVI HOC anno 1587. ſunt ſuperſtites.

1. CHRISTOPHORVS totius familiæ huius ſenior Dominus in Quernebeck. Annorum 84.
2. BENEDICTVS Chriſtophori filius Dominus in Moltunderen.

3. Chriſtophorus } Benedicti filij.
4. Gregorius

5. CHRISTOPHORVS Chriſtophori Senioris filius, Dominus in Oſterade Cluuenſicke et Marutendorff, regius in Holſatia conſiliarius.
6. GREGORIVS Chriſtophori ſenioris filius.
7. JOHANNES filius Henningi in Neuersdorff, quondam Tribunus militum ann. 74.
8. PAVLVS Ducis Holſatiæ Conſiliarius Præfectus Tremmelsbuttelenſis.

9. Nicolaus. }
10. Laurentius } Pauli filij.
11. Paulus }

12. BREIDO Nicolai de Neuerſtorff filius.
13. HENNINgus Marquardi de Neuerſtorff filius.
13. BREIDO Marquardi filius.
15. NICOLAVS præpoſitus nobilium virginum cœnobij Itzehoenſis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

16. Georgius Marquardi filius.

17. Henricus Vicarius Regius, ac Frederici II. Regis Daniæ in Holſatia Conſiliarius Dn. in Bredenberch &c. agit annum 62.

18. FranciſcusHenrici filius præfectus Regius in Coſſor Dominus iu Brobu. an. 32.

19. Ericus Franciſci Filius.

20. Breido Heinrici filius, Regius Danicus ſenator, præfectus inſulæ Langelandt an. 31.

21. Fredericus Henrici filius Archidiaconus & Canonicus Sleſuicenſis ac turmæ equitum ductor an. 30.

22. Gerhardus Henrici filius præfectus in Cronenborch, Canonicus Bremenſis & Lubecenſis an. 29.

23. Caius Henrici filius præpoſitus Hamburgenſis an. 25.

24. Otto
25. Breido
26. Melchior
27. Ioannes
28. Henricus
29. Daniel
30. Bartramus

} Pauli piæ memoriæ filij, Domini in Bodtkamp, Kohouede, Lindevvith, Arleuat, Beyenfledt & Scaphuſen.

31. Iohannes Caſpari filius Dominus in Haſelborch & Muſchentin, Conſiliarius Regius in Holſatia, præfectus Rendesburgenſis agit annum 56.

32. Caſparus
33. Ioachimus
34. Hanſius

} Henrici filij Domini in Schmolde.

35. Anton

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

35. Antonius Godſchalci filius Dn. in Nienhauen agit annum 54.

36. Antonius } Antonij filij.
37. Godſchalcus }

38. Petrus Godſchalci filius, Dominus in Troieborch, Arnsborch, præfectus Flensburgenſis & Conſiliarius Regius in Holſatia ann. 49.

39. Daniel Petri filius, literis incumbit.

40. DetleuusCaij filius Dominus in Kledtkamp, Conſiliarius Regis Holſatiæ agens annum 51.

41. Caius filius Detleui, literis incumbit.

42. Caius Mauritij filius Dominus in Hanrovv, Holtenkliuke & Medickſehe.

43. Nicolaus Oueni filius Dominus in Raſtorff cum tribus filijs impuberibus.

44.
45.
46.

47. Hanſius Heinrici filius Dn. in Saxtorff Satvviſch & Nienhus.

48. Henricus }
49. Marquardus } Hanſij filij.
50. Sifridus }

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

51. DANIEL Henningij filius præpoſitus in Vterſen Dominus in Sehegarten, Conſiliarius Regius in Holſatia quondam tribunus militum, agens annum 54.

52. Hanſius
53. Franciſcus } Danielis filij.

54. Otto de Nienſtadt ferè ſeptuagenarius.
55. GEORGIVS Hanſij filius de Raſtorp.
56. HANSIVS Georgij filius.
57. BREIDO Henningi filius, Dominus in Hogenfelde.

58. Hieronymus
59. Matthias
60. Henningus
61. Sigfridus
62. Mauritius.
63. Paulus } Breidonis filij.

64. HANSIVS Henningi filius in Oldeslo.
65. Iacobus Hanſij filius.
66. HENRICVS Pauli filius, Dominus in Niendorff habet duos filios impuberes.

67. Paulum
68. }

Hanſius

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

69. Hanſius
70. Emico
71. Chriſtophorus
72. Franciſcus
} Hi ſunt fratres Heinrici Ranzouij.

73. VVolffgangus Pauli filius, Dominus in Siggem.
74. Henricus Ioachimi filius, Dominus in Pudtloſen, Pancker & Helmſtede, agit annum 39.

75. Ioachimus
76. Dethleuus
77. Hanſius
78. Henricus
} Henrici filij.

79. Sifridus Ioachimi filius Dominus in Loerſtorff agit ann. 38. Conſiliarius Frederici Ducis Holſatiæ ac præfectus Gottorpienſis.

80. Ioachimus
81. Dethleuus
} Filij Sifridi.

82. Paulus Ioachimi filius, Dominus in Brodovv, agit annum 54.
83. Ouenus Dominus in Saltzovv, præfectus Kilonienſis, Conſiliarius ducis, Holſatiæ agit annum 72.

84. Andreas
85. VVolffgangus
86. Iuo
87. Melchior
} filij Oueni.

88. Ia-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

88. Iacobus habitans Neoſtadij ſexagenario maior,

98. Hartvvigus } Filij Iacobi.
90. Iohannes

91. Otto Chriſt ophori filius Dominus in Bulcke,

92. Henricus Chriſtophori filius Dominus in Bulcke conſiliarius Frederici Ducis Holſatiæ,

93. Chriſtophorus } Filij Henrici.
94. Godſchalcus
95. Laurentius

96. Hieronimus Chriſtophori filius Dominus in Sehekamp.

97. Paulus Chriſtophori Dominus in Knope.

98. Chriſtophorus Pauli filius.

99. Hanſius } Hi ſunt Ottonis filij Domini in Ranzovv Nienhus & Schonenvveide.
100. Balthaſar
101. Henricus

102. Nicolaus Dominus in Klampe.

103. Andreas filius Nicolai.

104. Chriſtophorus VVolffgangi filius de VVittenberg.

105. Henricus VVolffgangi filius de VVittenberg dominus in Lammershagen.

106. Nico-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

106 Nicolaus de VVitenberge.
107. Schacko Ranzouius, qui habitat Neoſtadij an. 54.
108. Hartvvigus } filij Schakonis.
109. Iacobus

110. Andreas Nicolai filius Dominus in Grundthoff an. ferè 64.
111. Hanſius } filij Andreæ.
112. Michael
113. Melchior Henrici filius Dominus in Salvvick.
114. Henricus filius Melchioris.
115. Otto Henrici filius.
116. Chriſtophorus Petri filius tribunus militum.
117. Antonius Petri filius vexillifer.
118. Hanſius Nicolai filius.

Hæc hæc gens illa eſt, quæ magnos enſe togaq́;
Ranzouidas nobis, illuſtri ſanguine cretos
Protulit, antiquo referentes ſtemmate Cimbros.
Marte ſagoq́; valet gens hæc, viget arte, togaq́;.

SEQVVNTVR NOMINA ARCIVM AC PRÆDIORVM, QVAE FAMILIA Ranzouiana hoc anno 1587. poſsidet.

Nobilium ſi ſcire domus, qui ſtemmate ſeſe
Ranzouio iactant lector amice cupis,
Perlege ſubiunctam ſincera mente tabellam
Quinq; etenim decies ſi numerabis erunt.

 1. Arx

1. Arx Ranzouia
2. A. Ranzouisholmia.
3. A. Salzouia,
4. A. Bodtkampia.
5. A. Cohouetia.
6. A. Haſſelborchia.
7. A. Quarnebecia.
8. A. Segardia.
9. A. Moltundria.
10. A. Cletcampia,
11. A. Siggemia.
12. A. Niendorpia.
13. A. Neuerſtorpia.
14. A. Hogenfeldia.
15. A. Sackſtorpia.
16. A. Bulchia.
17. Opp. Lutkenburgum
18. A. Arleuatia.
19. A. Eſelsmarchia.
20. A. Grundthouia.
21. A. Saleuicia.
22. A. Nuſtina.
23. A. Broboa.
24. A. A. Schonenvveida
25. A. Meddickſehia.
26. A. Schirenſenia.
27. A. Knopia.
28. Prædiũ Holtenklinckũ.
39. P. Mollendorpium.
30. P. Schekampium.
31. A. Brodouia.
32. A. Schenkelia.
33. Opp. Gronouium.
34. P. Oſterodium.
35. P. Scaphuſium.
36. A. Raſtorpia.
37. A. Schmoldia.
38. A. Tuſchenbecia.
39. A. Redingſtorpia.
40. P. Hadtſtedium.
41. A. Melbecia.
42. A. VVandesburga.
43. A. Nutzouia.
44. A. Pudloſia.
45. A. Troieburga.
46. A. Nienhavia.
47. A. Arnsburga.
48. A. Hanrouia.
49. A. Nienhuſia.
50. A. Bredenberga.

ARX BREDENBERGA LOQVItur Qui verſus parietibus ſunt inciſi ibidem.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Arx ego ſum vallo & foſſa munita profunda
  Nomen de lato monte, vocata gero. A. C. 1530.
Sex & ter centum ſol luſtra peregerat ingens
  Ex quo natus homo Chriſtus in orbe fuit:
Cum patruele ſuo Fridericus bella gerebat.
  Illo qui profugo Danica ſceptra tulit.
Hoc tunc me ſtatuit Iohannes limite terræ
  Ranzouio natus ſanguine clarus eques.
In Domini ſtirpisq́; ſtruens & prolis honorem
  Condidit, hæc illi maxima cura fuit.
Reddidit ille animam ſuperis, ego duro ſuperſtes
  Et mecum illius nomen honosq́; ſimul.
Sic immota loco ſeros hoc ſpector in annos
  Et tanti eſſe ſtiri nobile teſtor opus.

Henningus Conradinus.

In Area hoc tetraſtichon legitur.

H. R.

Si nihil ædificas, qui ſpectas noſtra viator
  Aut mea ne carpas, aut meliora ſtruas
Si meliora tenes, id diuos poſcite mecum
  Ne quod vterq; tenet faſcinet inuidia.

In Cochlidem lapideam H. R. Bredenbergæ extructam.

Hæc Cochlis excíſis, quam conſpicis, ardua ſaxis
  Magnanimi donum principis illa mihi eſt. A. C. 1592.
Saxonica, qui frena tenet ſeptemuir in ora
  Et pius Auguſtum nomine, reque refert,
Hic mihi donauit lapides, cum miſſus ad illum
  Danica cui paret, nomine regis eram.
Ipſe ſuum munus commendat muneris auctor,
  Grataq́; ſunt magnis dona profecta viris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Ergo etiam nobis dona data principe tanto,
Gratior hæc noſtra ſtabit in arce cochlis.
Et ſpectaturis ſero teſtabitur æuo.
Nobile ſe munus Saxonis eſſe ducis.

In Bibliothecam Ranzouianam.

A. C. 1584.

Quod benè conueniunt & in vno ſede morantur
Coniuncta eſt ædi bibliotheca ſacræ.
Struxit vtrumq; graui motus pietatis amore
HENRICVS Ranzou nobilis auctor opus.

In eandem.

Quam Bredeberga tenet meritò celebratur vbiq;
Laudibus à doctis Bibliotheca viris.
Tam varijs etenim totq; eſt inſtructa libellis
Vt vix huic habeat Cymbria tota parem.
Prima ſacris libris claßis ſpacioſa dicata eſt,
Qui noſtræ tradunt relligionis opus.
Hinc ſequitur legum Iuriſprudentia cultrix,
Hæc eſt iuſtitiæ fida miniſtra ſacræ.
Tertia ſed claßis Medicinæ tota tributa eſt,
Qua viget humani corporis ipſa ſalus.
Vendicat hinc quartam claſſem ſibi docta Matheſis,
Quæ ferri certa ſydera lege docet.
Inde ſed Hiſtorici ſuccedunt ordine multi,
Inde ſacros vates Grammaticosq; vides.
Bis ter mille libris conſtat multo ære coëmptis,
Quos ſubito cunctos enumerare graue eſt
Floreat hæc igitur multos illæſa per annos
Et maneat ſeræ poſteritatis opus.
Floreat & multos huius fundator in annos
Qui de Ranzoio eſt ſanguine natus Eques.
Non etenim hanc codicum commendat copia tantum
Quam facit illuſtris gloria magna viri.

In eandem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

In eandem.

Si Phœbus, Muſæ, Pietas, Aſtrea, Minerua.
Et quotquot Sophiam Dijq; Deaq; fouent.
Si noſtro vellent (quod abominor) orbe relicto
Quærere diuerſo forſan in orbe Larem:
Præſidium Bredeberga tamen commune locarent
Arce tua & cunctis hæc foret vna domus.
Quicquid enim doctis voluerunt prodere chartis.
Quæ lauro inſcribi quæ voluere cedro.
Magnifico ſumptu congeſta hic optimus heros
Ranzouiæ Henricus gloria gentis habet.

Chriſtophorus Syluius.

In Pyramidem Rauzouianam Nordoe.

Regibus vt gratum Danicis ſe oſtenderet ac his A. C. 1587.
Sanguine, quos iunctos coniugioq; tenet.
Regibus hanc ſtruxit conſanguineisq; columnam
Ranzouius Cymbris, qui vice Regis erat.

In eandem.

Pyramis æthereas velut eſt educta ſub auras
Qua iacuit plano Græcia clara ſolo:
Vt moneat nobis quærendas æthere ſedes,
Virtuti & proprias eſſe ſub aſtra vias:
Sic patulis Henrice tibi eſt quoq; Pyramis aruis,
Condita quæ cœli fert caput alta plaga:
Vt moneat cœlum patriam poſt fata petendam
Qua virtus precium dulce laboris habet.
Pectora quadratum ſignat conſtantia ſaxum
Quæ leuis accurſu non mouet aura ſuo.

Henningus Conradinus.

De Ponte Ranzouiano.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Scilicet Henricus Ranzoio ſanguine natus
Hunc pontem curuo fornice ſtruxit Eques.
A. C. 1585. *Poſſit, vt hic pedibus ſiccis tranſire viator*
Qualibet & currus res grauis axe vehi.
Ligneus ante fuit: ſaxum iam verſus in album
Res hominum varias monſtrat habere vices.

Pons loquitur.

Arx Bredeberga tenet viſu digniſſima multa
Quis prohibet multis nomen ineſſe meum,
Cum ſim materia nitidus, ſpectabilis arte
Sumptibus Henrici nactus vtrunque mei.
Traiectus fratrum, qui ſubterlabitur amnis
Antiquo quondam nomine dictus erat.
Fratribus à binis ſubita qui morte perempti
Nunc cupit hunc pontem nomen habere pater.
Et ſimul affectus ſignum cupit eſſe paterni
Poſteritas horum, quò memor eſſe queat
Hoc certum quando mea viſcera ſcindet aratrum
Cymbria Ranzouia neſcia ſtirpis erit.

In ſeminarium arboreum H. R

Has ego conſeui quercus, petulasque patenti
In campo, propria depoſuique manu.
A. C. 1580. *Et rogo ne temere violet, lædatue ſecuri*
Poſt mea qui tandem fata ſuperſtes erit:
Scilicet ex illis, quot quercus duret in annos
Poſteritas facile diſcere ſera poteſt.

Nympha Venatrix Horti, & piſcinæ cuſtos H. R.

Huius Nympha loci, parui cuſtodia ſtagni,
Dormio, dum ſtando feſſa reclino caput.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Parce meum hoc, quiſquis venias, abrumpere ſomnum
Seu tibi ſtare lubet, ſiue ſedere, tace.
Me meus Henricus Dominus cognomine Ranzou
Excubias horto iuſsit habere ſuo.
Si ſtrepitum facis & ſomnum mihi rumpis in horto,
Clamabo furem protinus eſſe meo.

In arce Melbecana prope Dithmarſiam ſita, quam à patre Henricus Ranzouius accepit & nouo ædificio auxit, muro hoc diſtichon inciſum habetur.

Fridericus Daniæ tenuit cum ſceptra ſecundus.
Hac domus Henrici eſt condita Ranzouij. A. C. 1561.
Pulchrum eſt à patribus iuſtè bona parta tueri.
Hæredi vt maneant inuiolata tuo.
Si tamen hæc propria vigilans cumulaueris arte.
Hoc equidem multò pulchrius eſſe reor.

In caſtro VVandesborch hi verſus conſpicuuntur.

Quum VVandesburgi Henricus fundamina iecit
Ranzouio natus ſtemmate natus eques: A.C. 1588.
Bis quater & decies ſenis ſol addidit annis
Ter quina à cunis ſecula, Chriſte, tuis.
Tu, quem terra tremit, rutilans cui militat æther.
Fortunes caſtrum, Ranzouidumq; genus.

In arcem Nutzſchouianam A.C. 1578.

Rege Friderico duo regna tenente ſecundo
Ranzouij ſumptu, hæc arx fabricata fuit.

In arcem Redingſtorpianam.

A.C. 1567.

Ædes quas cernis muroſq́ꝫ & ſplendida tecta
Henricus fecit ſurgere Ranzouius.

In arcem Arnsburgiam ſiue VVoldehorniam.

Ranzouius Daniel non infima gloria ſtirpis
Quæſiuit iuſta me ratione ſibi.
Scilicet ære ſuo ſibi me deuinxit & armis
Quæ pro Danorum rege potente tulit.
Cum Suecus inferret bellum Daniamq́ꝫ feracem
Sumere pacifica cogeret arma manu.
Eſt quia Ranzouius conflictu Martis in iſto
Ictus tormento, fata ſuprema tulit.
Nunc ego Petro fratri ſubiecta, ſepulti
Hæres legitimus, qui Danielis erat.

In arcem Renzouisholmiam.

Henricus Ranzouius.

Fionia illuſtris pars eſt non infima regni
Quod ſub ſe Daniæ rex Fredericus habet.
Spectatur præſtans hic arx Ranzholmia dicta
Illam quod Raſtzou poſſidet atq́ꝫ colit.
Vendidit hanc mihi Ranzouio clemensq́ꝫ potensq́ꝫ
A. C. 1567. *Rex Daniæ, procerum nil renuente choro.*
Ac id ſponte ſua ne non ſit certa fauoris
Quo me dignatur proſequiturq́ꝫ nota.
Si vero precium, mihi quo Ranzholmia conſtat
Noſcere re vera lector amice cupis.
Quinquagies, ter, bis, numerato mille daleros
Sic precij fiet cognita ſumma tibi.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Bodcampia de ſe loquitur. Aedificata A. C 1547.

Plane exquiſita me condidit arte Iohannes
Ranzouius, primæ nobilitatis eques.
Biſſeno lacui ſum proxima, qui fluitando
Magna ex parte ſuis me ſimul ambit aquis.
His locus Eidoræ fluuij fons eſt & origo
Eidoræ, quæ dat nauibus apta viam.
In montis ſum ſtructa iugo, lapideisq́ columnis
In quibus Italica fulget ab arte decus.
Cinctaq́ præterea bene ſum ſpirantibus hortis
Non contemnendum quos decus eſſe puto.
Deq́ tribus merito conſtat mea gloria rebus,
Quòd mens eſt vere nobilis autor eques.
Quodq́ alias ſedes mea magnificentia vincit
Nobilium, forma, ſumptibus, arte bonis.
Poſtremò fluuijs quia ſum vicina duobus,
Veliferæ Eidoræ ſcilicet atque Storæ.

DANIELIS ROGERSII ALBImontij Angli Auguſtiſs. Heroinæ D. æ Eliſabthæ Angliæ Reginæ ad Seriniſs. & potentiſs. Daniæ Regem Dn. Fridericum II. Legati.

EPIGRAMMA

In,

ACCVRATISSIMAM CYMBRICÆ Cherſoneſi delineationem, ſtudio & ſumptu illuſtris Viri, D. Henrici Ranzouij editam.

Quantus erat, radio primus qui gentibus orbem
Pinxit, & ante oculos regna remota dedit?
Credibile eſt illum cura ingenioq́; vigentem
Publica priuatis præpoſuiſſe bonis.
Et tamen hic tantus, ſecli vertentis ab arte
Se victum, & ſtudio dexteriore videt.
Qui neget, antiquos cum noſtri temporis orbes
Orbibus, ingenua conferat ille fide,
Quin notet, ut præſtet priſcis peninſula formis
Cimbrica, Ranzouij cuſa recenter ope.
Quâ licet Anglorum domicilia priſca meorum,
Et Iutas propriâ cernere ſede ſitas.
Nimirum ille velut proauitæ ſtemmate ſtirpis
Prouocat antiquos arte fideq́; Sophos
Deſine, Roma, tuos toties iactare Quirites,
Maior ab Arctoo cardine, ſurgit honos

Segebergæ XX. Decembris Anno
vltimi, ſeculi CIↃ IↃ XXCVII.

DE FAMILIA RANZOVIANA

Saluo Rege Daniæ felices Ranzouij.

Saluus & incolumis dum rex tibi Dania viuit
Ranzouium felix ſtemma genusq́; manent.

De eadem.

Scipiadas Brutos, Pompeios atq́; Camillos,
Aemilios Fabios, Roma ſuperba dedit,
Fabricios, Curios, & cum Cicerone Catones,
Præſtantes ſtudijs Martis, & arte togæ.
Æternæ quorum famæ monumenta dicata,
Poſteritas poſitas ſuſpicit & ſtatuas.
Deſine mirari, totidem gens vnica terris
Protulit Arctois proxima Ranzouios.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Inter quos Schacko, Caius, numeratur, & Otto,
Breidaq; cum Paulo, Mauritioq; ſimul.
Nicoleos præſtans, & Cum Daniele Iohannes,
Qui ducibus Romæ Marte fuere pares.
Quorum dexteritas, nec non Mauortia virtus,
Per varios caſus ſæpe probata fuit.
Conſtat enim cunctis, magna quod laude vehendi
Præfecti fuerint, militiæq; duces.
Melchior, Henricus, Dethleuus Balthaſarusq;
Bertholdusq; illis annumerandus erit.
Inſigni functa eſt pars munere præſulis horum:
Æmula facundi pars Ciceronis erat.
Ac vltra centum Ranzoio ſanguine natis.
Eſt ſoſpes noſtro tempore vita ſimul.
Quorum pars Danici regni ſunt membra ſenatus.
Conſilio Holſaticos pars iuuat vſq; duces.

Aliud de eadem.

Sunt duo, quæ faciunt, vt quis ſit nobilis: Ars, Mars:
Maior ab arte venit, gloria marte minor.
Maxima nobilitas, à laude paratur vtraq;.
Vt conſummatus, ſic coaleſcat honos.
Vna Minerua, Dea eſt ſtudiorum, Diuaq; belli:
Præſidet ingenijs, militiæq; fauet.
Nobilis in primis igitur Ranzouia gens eſt.
Stemma per antiquum ceu clypeusq; probant.
Arma nitent duplici, roſeo niueoq; colore:
Vnus erit belli, pacis et alter erit.
Cur non ſanguinei roſeus ſit teſſera belli?
Candidus ingenuæ non nota pacis erit?
Quis neget, huic genti ſub auito tempore, quod ſit
Indole partus honos, ſanguine partus honos?
Quis tales tantoſq; viros non iure fuiſſe
Heroas magnos iudicet, & celebres?

Aliud.

Arx, Mars, ſors, celebres, illuſtres, atq; potentes
Ranzouios reddit: laude, decore bonis.
Laus artis, Martis decor, & bona plurima ſortis,
Salua manent: pietas eſt, quia ſancta comes.

Aliud.

Hactenus ambiguo lis hac ſub iudice pendet
Artibus aut armis laus ne ferenda prior?
Ranzouia Pallas litem hanc in gente diremit:
Has illis, illa his poſſe carere negat.
At domus eſt Cimbris non vlla vetuſtior oris,
Pluribus & quæ nunc claret imaginibus.

COLLATIO
Gentis Fabiæ Romanorum: & Gentis Ranzouiæ Holſat.

Quos dederit quondam proceres, quæ corpora clara
Roma per Auſonias emiſerit vnica gentes,
Si numeres citius numerabis lumina cœli.
Vnus erat Latia Fabius vir maximus vrbe
Qui meritas laudes ortumq; æquabat Olympo.
Non hic Pyramides cœloq; educere moles,
Nec viſus patrijs circundare mœnia portis:
Præſidium maius dedit & maiora per vrbem
Robora, patriciam proprio de viſcere gentem
Edidit, innumeros Fabios, proceresque viroſque
Magna ſatis quorum virtus effulſit in armis
Inuictoque ſuas tutata eſt robore portas.
Ter centum Fabios bello lux abſtulit vna.
Hinc genus Auſonium antiquo de ſanguine ductum
Corruit, eximij, ſupereſt ſcintilla nec ortus.
Quis verò Holſatos proceres, quis maxima gentis
Corpora Ranzouia numeret, quis in ordine ponat?

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Teutonicis inter pars magna coruſcat in armis,
Atq; hoſtem noſtru prohibet ſuccedere regnis:
Pars regnum viſit Daniæ, patriasque per oras:
Pars populo dat iura, viamque affectat Olympo.
At licet aduerſo ſuccumbant plurima Marte
Corpora, plura domi ſuccreſcunt, plura ſeruntur
Semina, perpetuos referunt, quæ ſtemmatis ortus.

Apophthegma Philippi Macedonis ad Alexandum M. Filium.

Expoſitum à Dione Chryſoſtimo Orat. 2. de regno. Epigrammate nunc expreſſum.

Ad Henricum Ranzouium.

Quam bene Ranzoui, titulis celeberrime dignis
Officio vates, hiſtoricosq; foues.
Sic tibi ſucceſſit rerum experientia prudens
Semina naturæ ſic docuere tuæ.
Curat vterq; Deus, geniosq; benigniter auctos
Cœlite, vim ſuperum participare facit.
Illud Amyntiades rex nouerat inclytus, illud
Gaudet Alexandro notificare ſuo.
Atq; ait ò Macedum ſpes vnica nominis hæres
Effigies vultus, ingenijq; mei.
Hiſtoricos vatesq; ſacros offendere noli
Tuta patrociniis, turba ſit illa tuis.
Præpes vtrisque manus calamoque ſequace papyrum,
Secula quæ voluant poſteriora, linunt.
Fas illis, quæcunq; placent inſcribere chartis
Arbitrio laudant, vituperantque ſuo.
Talibus ille ſuum monuit, tu temporis huius
Sydus, idem claros nobilitate doces.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Hiſtoricosq́; fouet, argutaque pectora vatum
Teſtis Iber, Gallus, Sarmata, Teuto, Ligur.
Macte animi vir ſumme: canent tua facta Poetæ
Certatim, & calamis acribus Hiſtorici.

M. Henricus Meibomius Academiæ Iuliæ Profeſſor.

Nicolaus Reuſnerus Henrico Ranz,

Clarus imaginibus priſcis ſit clarior inde
Laude ſua, ſi ſit Marte, vel arte bonus.
Sufficit alterutra ſaltem præcellere laude:
Ars pariter nomen nobile Marsq́; dabit.
At quanto tua laus & gentis præſtat auitæ,
Henrice, A n d ue patrone chori?
Quæ tot habet claros Herois Marte vel arte,
Quod Fabios olim Roma ſuperba tulit,

Aliud.

Sors dat opes & regna bonis pariterq́; malignis.
Vnde bonus dici, nemo vel eſſe poteſt.
At virtus facit vna bonos, pariterq́; beatos,
Quæ potior regnis eſt opibusq́; ducum.
Sic ſors virtuti, vis cedit inutilis arti,
Ingenio robur, conſilioq́; labor.
At tibi ſors pariter dat opes Henrice: beatum
Et pariter virtus te facit atq; bonum.
Auget vtrumque decus pietas doctrinaq́; digna,
Et ſplendor generis nobilitasq́; probi.
Et fauor & Regum magnorum gratia magna:
Et qui te paribus paſſibus ambit honos.
Sic meritò ter eris Henrice quaterque beatus:
Quem bona tot Diuum numine tanta beant.

Aliud.

Magna quidem laus eſt claro de ſanguine naſci:
At præſtet clarum laude vigere ſua.
Inſtillata valet multum cum ſanguine virtus:
Ac creſcit ſemper viribus aucta ſuis.
O te felicem, qui gentis origine clarus
Laude Henrice tua clarior eſſe poteſt.
Et te Phœbus amat, vatum Deus: & ſua Pallas
Cum Ioue munifica dat tibi dona manu.
Et large tibi fundit opes bona copia cornu:
Et proprium tribuit iam Venus alma decus:
Virtutisque comes fortuna, fauentibus aſtris.
Te fouet in placido ſemper amica ſinu.

M. Rodomanus.

Qualis erat quondam, cum maxima Roma vigebat
Mæcenas, patriæ gloria prima ſuæ:
Talis apud Cimbros, cum res ita publica poſcit,
Ranzouies, patriæ fida columna tuæ.

Aliud.

Sunt tibi cum Regum, tum publica commoda curæ,
Nec tamen Aonidum munera grata minus.
Regibus & patriæ pariter Muſisque placere,
Quod facis, humanum vincit id ingenium.

Εἰς ἕῤῥικον ῥανζόβιον

Οὗτος ῥανζόβιος πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων,
Ἀμφότερον, κῦδος μουσῶν, καὶ ὄζος ἄρηος.
Δόξ᾽ οὐ ἠδὲ χάρις μεγάλη τό ὀφείλετε ἀνδρί
Matth. Dreß.

Tam

Tam bene Ranzonio fulgent in ſtemmate iuncti,
Hac ex parte ruber, candidus inde color
Martius ille quidem, caſtrenſib. vtilis armis,
Hic paci & ſtudijs aptus Apollineis
Seu ij Martem ſpectes Muſasq́, & cætera donã
Ingenij, æternum gens ea nomen habet.

Sola manet virtus labuntur cætera quæq́;
Diuitiæ, vires, fama, Iuuenta, decus.

GENEALOGIA.
Familiæ Ranzouiorum.

GENEROSÆ, ET CVM ANTIQVITATE ILLVSTRIS STEMMATIS, TVM VIRTVTE,

doctrinaq; , & rebus pace atque bello laudatiſsimè geſtis nobiliſsimæ, carmini incluſa.

Ad

VIRVM NOBILISS. GENERIS EQVESTRIS DIGNITATE, Virtute, Eruditione, autoritate præſtantiß.

Franciſcum Ranzouium, Sereniſsimi Regis Daniæ Friderici II. præfectum in Coſſor, ſtudiorum liberalium Mœcenatem.

Dum cano Ranzouidas, qua non gens vlla ſub arcto
Clarior eſt, ſeu doctrinam, ſeu prælia, ſpectem,
Ranzouidas inter non ultima gloria ſtirpis
Nec paruum, Franciſce, decus, Lumenq́; vetuſtæ
Huc ades, inceptumq́; vnà decurre laborem.
Non ego maiorum res geſtas, grandiaq́; acta
Verſibus opto meis complecti viribus impar
Materies eſt illa meis, diueſq́; requirit
Ingenium, rebus quod verba illuſtribus æquet.
Nec culpa Ingenij laudes, nomenq́; tuorum
Detepere audeam. Tantum faſtigia rerum
Sūma ſequar. Pelago haud auſim me credere aperto.

O *Forſan*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Forſan tempus erit, quando maiora legentur
Digna magis tantis meritis & ſtemmate tanto.
Si mihi te facilem præſtabis, carmina neruos
Accipient & plena rati dabo vela volanti
Sic pia te patriæ conſeruent fata, tuisq;
Aſpiret cœptus fortuna, tuosque tenellus
Ante pedes & aui, generis ſpes, ludat Ericus
Tempus erat, quo Phœbus equos velocibus loris
Iungere, quæ certis diſtinguunt tempora metis,
Imperat, ad ſolidum redituros nocte laborem
Exacta: cùm vera ſolent ſe mittere menti
Somnia: tum vultu grauis & venerabilis annis
Viſus adeſſe mihi, ſub prima crepuſcula ſomnis
Oppreſſo, & tandem placido ſic farier ore:
Si iuuat Arctoi res geſtas diſcere cœli
Ranzouidumq; domum fama ſuper æthere notam.
Huc adeſt, hic pulchra luſtrabis imagine cuncta.
Quantum ſcire ſinit nos inuidioſa vetuſtas.
Namq; figurantur multi ſine nomine longi
Quos abolcuerunt anni, noctisq; ſilentis
Preſſerunt tenebræ: reſtant tamen inclyta facta.
Et laus immenſum fama vulgata per orbem.
Ne te ſollicitum reddant inſignia, paucis
Accipe, quo ſpectanda tibi ſint ordine, quodq;
Stemma, domũq; notent: hæc prima ſede locata
Holſaticos ſignant Comites eſt proximus illis
Ranzouidum clypeus, cuius pars alba ſiniſtra eſt
Dextra rubet, clypeus verò hic teſtatur honores
Antiqui generis, partos dextraq; fideq;,
Nec verò noua ſunt, nec parta inſignia vita
Deſide, ſiue auro: Sed forti pectore & armis.
Illud enim certum eſt, Romani ſceptra priusquam
Imperij (Sic regna Deo mutante) Pipini
Filius acciperet, non his ignota fuiſſe
Stemmata Ranzouidum, nec facta ingentia terris.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Si ſuus Holſatijs Cæſar, Liuiusuè fuiſſet,
Inter Cimbrorum clypeos, inſignia rubro
Diſtincta atq; albo legeres, ignota nec eſſent
Nomina, & inſignis, cladem intentantib. vrbi
Romulidum, Holſaticos clypeos & ſcuta videres.
Tum noſtræ ſtatuas gentes, lucosq; colebant,
Lapſus & ex antro ſerpens, cornicis & omen
Seu pici mentes læui terrebat agreſtes.
Numinaque Oreadas rebamur, Hamadryadasque,
Nymphasq;, & quicquid noxamuè afferret, opemuè
Ac nunc Relligio atq; artes, Oriente relicto
Regna hæc noſtra colunt: rigidas ſemota ſub arctos
Et noſtris pietas ſucceſſit ſedibus & Ius
Paxq; fuit veteres dignata inuiſere Cimbros.
Sic ait: & celſo dum luſtro ſingula templo
Artificiumq; manus inter ſe operumq; labores
Admiror, video magnorum ex ordine pictes
Ranzouidum clypeos, Arctoaq; geſta per omnes
Nota plagas: ſunt hic etiam ſua præmia laudi
Inquio, & Holſatis Cicero ſuus eſt & Achilles
Vix ea fatus eram, cùm primo exorſus ab ortu.
Hac quondum Regio Cimbris, hæc littora ſedes,
Inquit, erant, Roma incolumi, imperioque vigente.
Hac non vlla magis gens effera, & acrior vlla:
Quam vel dira fames, & res anguſta, colonis
Quòd pluuijs corrupta ſeges victum ægra negabat,
Vel ſitiens aurum, prædamque cupido, paternis
Sedibus exciuit: terraue altrice relicta,
Diuerſa exilia & meliores quærere terras,
Relligio ſuaſit: ſeu tranſcendentia littus
Diluuio cultas vaſtarunt æquora terras,
Seu quodcunq; fuit: Scythicæ Mæotidos vndas
Acceſſere, Iſtrumq; & priſcis deinde ſubactos
Scordiſcis agros, poſt montibus undiq; tutam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Heluetiam: nec quid tam fortibus obſtitit auſis.
Nec Galli vires Cimbrorum, aut Cantaber acer
Suſtinuit, ſolo vel nomine territa tellus
Intremuit. Quin & ſuperatis Alpibus, urbem
Exiguam, ſedem diuis, atq́; arua rogabant,
At ſedem, cunctuq́; auramq́; vndamq́; patentem.
Siue metu exulibus, ſeu faſtu Roma negabat
Tum verò incenſi furijs, & bile tumentes
Vi tota incumbunt bello, cædemq́; minantur
Italiæ Cimbri, ſeu morti occumbere honeſtæ,
Siue parare domos, & opes & rura parati.
Italiam inuadunt regnuq́; viruq́; ſuperbam:
Nec verò aut dumis noctisve ſilentib. vmbris.
Adiuti, nec equi cæca condumur in aluo:
Armorum ſonitum tellus tota Itala cœlo
Audijt, Adriaco ſtupuere ſub æquore Nymphæ.
Infandas Rhodanus cædes: qui ſanguine fluxit
Romano & celſæ teſtatur nomina famæ:
Illyricos adiêre ſinus, Romamq́; probroſo
Fœderi, adegerunt: Victores vincere pulchrum eſt:
Cimbrorum Carbo, Nemeſi indignante, Toloſæ
Quòd raptas tractaſſet opes, aurumq́;, fugatus
Milite: nec caſu meli.ri Caſſius armis.
Implicitus noſtris, Tacito ſi credimus, enſe
Occubuit, Scaurusq́; eſt campo fuſus aperto.
Nec noſtrum (quamuis bello fortiſſimus, haſtam
Manlius, & ferrum torqueret miſſile) robur
Suſtinuit, Catulusue, Atheſini ad fluminis alueum,
Romanorum equitum cùm terga dedêre cateruæ.
Primus auis atauisq́; potens, ſceptroq́; ſuperbus,
Cymbrorum ſoboles, magnisq́; heroibus ortus,
(Quorum ſcire genus vetat inuidioſa vetuſtas)
Sanguine vel procerum natus, ſeu iudice adeptus
Imperium populo, ſeu lectus ſorte, ſub arcto

Teuto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Teutonicæ populo & Heuali rexit ad amnem
Oppida, Marchiacis confiniaq́; arua Sueuis
Fortis Emelrichus: geminus cum fratribus: horum
Herlibo de Brenni poſsidet nomine dicta — Emelricus.
Mœnia: Verdenſi regnauit Ditmarus ora, — Herlibo I. Ditmarus.
Herlibo (nam multos, quos carnis nocte ſepultos
Aeterna prohibent neſciri tempora longa) — Herlibonis filij.
Tergeminam monſtrat prolem: cognominis vnus — Fridericus.
Natus auo eſt, alter Fridericus: tertius inter — Herlibo
Hos, patri par: eſt & nomine, & indole præſtat.
Succeſsit Suetiborus huic poſt Scamborus: æquis
Qui patrius rigidè tutatus legibus urbes,
Bella gerensque, armis compeſcuit acribus hoſtes
Altera ſed proles Pomeranica rura tenebat.
Et quia limitibus virtus non clauditur arctis,
Sed quo ſe oſtentet, latè excurratq́;, theatrum
Quærit, ab exilio, quò, plebe ardente furore,
Pulſus erat, ſummos eſt rurſus adeptus honores.
Filius hunc ſequitur, rerumq́; capeſsit habenas
Vuigbertus, populos qui ſub ditione premebat
Duris finitimos Marſis, terramq́; paluſtrem
Flumine qua ripas Auſtrales alluit Albis,
Aggeribus Solis, quis cingitur vndique tutam.
Olim hæc Saxonibus munita erat inde colonis
Expulſis, ceſsit Slauis, poſſeſſaq́;. Sed poſt
Ad Dominos rediјt, fato meliore, priores.
Vnde paluſtris humus, ſine vallo atq́; aggere nulli
Peruia, dicta fuit: Balsmanus at incola terræ.
Nominis eiusdem ſed non & filius aruis
Contentus patrijs, clypeumq́; auroq́; trilicem
Loricam quoties aptaret corpori, & enſem
Accinctus lateri, florentes ære cateruas
Duceret, obuia quæq́; manu ſternebat, & omnes
Nomine vel ſolo terrebat: voce Leonis

9 Vt trepidæ, ſiluas quærunt latebrasq́; bidentes
Illi cæſaries humeris pendere, leuesq́;
Teutonico ritu dextras armare cateiæ.
Ipſe inter primos falcatum fulminat enſem:
Scintillant oculi flammis, rubor occupat ora.
Primus init pugnam, ducitq́; in prælia turmas,
Poſtremos geſtit certamina ponere Martis.
Nec prius abſiſtit, quàm, cuius vulnere dentes
Læſus erat, caput & mediam, vi roboris, hoſti
Diuideret galeam, generoſa concitus ira.
Tempore quo bellis latè ciuilibus ardens
In ſua conuerſas Germania viſcera vires
Senſit: & hac armis Cæſar concurrit, ab illa
Saxones, & Sueuus pugnarunt parte Rhodolphus,
Nemo maior erat, cùm vel decernere ferro
Conſilijsue neceſſe foret, vel dicere iura.
Ergo fideî & belli precium, exhauſtiq́; pericli
Accepit, Myſis habitata potentibus arua
Marchio, Luſatiæ victor poſſedit & vrbes,
Groijciæq́; ſolum natis transmiſit habendum
Henrici huic gemini, quorum ille feracia rura
Luſatiæ tenuit: Tzopæ hic vicina propinquæ.
Hic duplicem ſpectà ſobilem, Nam tertius autor
Extitit Henricus gentis, quam, numine fauſto
Burggrafij titulo, multis voluentibus annis.
Tzopa ſalutauit dominam, dextraq́; animoq́;
Præſtantes animas, & opum ſucceſsibus auctas:
Connubio comitum, mitraq́; pedoq́; potitus.
Stirps tamen hæc, nec enim terris durabile quicquam
Rebus in humanis, intercidit. Vna ſuperſtes
Ranzouidum ſoboles, numero, virtutibus, actis.
Alterius caſum compenſat, & æthera complet.
Aequoris immunes, fama notiſsima, ad arctos.
Hic genus acre virum ſeſe diffundit, Othone

Autore

Autore in plures, velut uno è ſtipite. Ramos
Namq; Otho, bellorum ſeu tempeſtatibus actus.
Natalisq; ſoli tactus dulcedine, bello
Siue laboranti patriæ ut ſuccurreret, oras
Ipſe quidem Holſatiæ, cultas maioribas olim.
Acceßit, Lunæ ſed pars conſedit ad vrbem:
Fortis ab hoc Schalco ducit genus, optima vitæ
Cui bellis ætas fuit acta: & clarus equeſtri
Ordine, maiorum dignus virtute Iohannes:
Alter & ignoto memoratus nomine: ſed non
Eſt ignota fides, quorum Plonenſia iura
Obſignata manu roburq; fidemq; merentur.
Schalco patris nomen referens, referebat & arma.
Quæſitamque manu laudem: nec degener huius
Filius à veterum diſceßit laude parentum
Breitolfus: natuue Otho maior, principe dignus
Coniuge, nata ducum quæ ſanguine, ſtemmate iactat
Heroum, mater Cai, quem patria dixit
Lingua Ragenherum, gladiòque auròque decorum.
Huic Otho frater erat, qui nomine tertius illo
Stemma propagauit, maiorum exempla ſecutus.
Progenies Caio gemina eſt: par nomine patris
Altera, Godſchalcus ſed filius alter. Ab illis
Promanant iterum duplicis primordia ſtirpis
Eſt tamen hîc priſcis diſpar ſententia libris.
Nam cum Godſchalco Caius cenſetur Othonis
Frater, ut hinc triplicis ſurgant exordia gentis.
Quîs pater aut patruus Caius fuit: inter Adolphum
Inter & Hamburgum, iuſti pulcherrimus autor
Conſilij ille fuit, dirimendis litibus aptus,
Tempore quo rerum tenuit Ludouicus habenas
Imperij: a Chriſti cum terna & dena peregit
Secula: cum luſtris octo, ſol aureus, ortu.
Has igitur (quâ ſcire datur, quia multa vetuſtas

Deleuit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Deleuit) breuiter tibi perſequar ordine ſtirpes.
Hæc Hæc gens illa eſt, quæ magnos enſe togaq;
Ranzouidas nobis, illuſtri ſanguine cretos,
Protulit, antiquo referentes ſtemmate Cimbros.
Scilicet in ſobolem virtus tranſire parentum
Conſueuit: bonus atq; bona cadit arbore fructus:
Maternus tantum in natis, tantumq; paternus
Sanguis robur habet: ſi quod decus inde profectũ eſt
Tollere nulla dies: & nulla iniuria poſſit.
Si macula aut labes ſceleris concepta ſit inde,
Nulla dies unquam memori illas eximat ævo.
Maior & heroas mentes, quîs nobilis ortus,
Vis agitat, tranſitq; vnà cum ſemine virtus
In ſeros longa transmiſſa propagine natos,
Quàm quas ad paſtum, vileſq; abiecit ad artes
Ne cœlo tentent dignum natura: nec altra
Seſe auſint cominum communem attollere ſortem,
Nec præſtare alijs, laudatorumq; per ora
Inq; oculis ferri, pulchrum & laudabile ducant.
Non Pyrrhus, Martis ſoboles, non Hannibal, ingens
Conſilijs, auſu, dextra, aſtu, robore, factis,
Tranſcendens Alpes ſuperato victor Ibero,
Italiæ tantum terrorem incuſſit, ab arcto
Quantum, nota prius gens nulli, effuſa rigente.
At, fortuna vices quia quamuis mutat in horam,
Neſcia ſtare diu, communis & alea Martis,
Nunc ſeſe huc temerè, partem mox vertet in illam:
Sole ſiti, nebulis afflictis, puluere preſſis
Improuiſus adeſt Marius, proſternit & illos.
Et licet ad noſtros victoria flexerit hoſtes,
Proſtrauiſſe tamen tot millia, corpora ferro

Otho Dominus in Salſou Ranzouu. & Lancker

Totque dediſſe neci, fuerit laudabile noſtris.
Maiorum haud impar virtuti Otho, pauca referre
De multis, certum eſt, raræ quia murmura famæ.

Aut

Audimus, quòd vate ſacro caruere, nec auſus
Eſt quiſquam heroas memori tranſcribere ſeclo)
Illuſtrem factis ſobolem, egregiamq́; reliquit.
Seu bello tutanda fuit reſpublica, & armis,
Conſilioue domi: dextraq́; fideq́; parati
Pro decore imperij, patriaq́; ariſq́; focuſq́;,
Et pro coniugibus dulcem profundere lucem
Nec dubitauerunt, factis extendere vitam.
Pro virtute necem pacti, per laude pericla:
Proximus aurata oſtentat calcaria & enſem.
Balteaq́; & phaleras, quæ ſunt ornatus equorum.
Hoſtibus ereptas, volucriq́; ſimillimus Euro
Fertur equo, & pulchræ accenſam virtutis amore
Ad decus, & pleno ad laudem conamine ferri
Progeniem gaudet. Danielis honore nepotis
Lætus qui Daniæ Regi, nunc ſceptra tenenti,
Inuictum robur mentis, vireſq́; probabat
Duxq́; cohortis erat, gereret cùm bella cruenta
Aduerſus Suecos, Rex inuictiſsimus, hoſtes.
Huc adeſt, hic Schacco frater Breidonis, ijſdem
Conſpicuus, ſolida virtute, inſignibus, auctis,
Parq́; duci decore & ſignis caßide Adolpho.

Scahoko eques auratus vixit Anno Domini 1416 ſilius Othonis.

Cui genitor Sleſuici urbem, terraſq́; regendas
Liquerat, ille carens hærede reliquit eaſdem
Chriſtierno Danici qui regni ſceptra tenebat.
Auſtriaco Albertus Cæſar de ſangnine, vtriq;
Ferre ſui dederat monumentum & pignus amoris
Collo pendentem, maculoſum terga, draconem.
Inſertamq́; crucem, geminis, auroq́; decoram.
Crux etenim Chriſti veteris contagia culpæ
Suſtulit, antiqui viruſq́; & colla draconis
Contriuit Ch-ſtus, ſuperas & victor ad oras
Acceßi-, nobis parto de morte triumpho.
Sub iuga Vemariam, ventiq́; Deoq́; fauente
Idem egit, fœtamquè viris atq; vbere glebæ,

Hibernas, nunquam ſubeuntes æquor, ad arctos.
Seſe etiam patruo comitem Mauortia iungit
Progenies, pariter caſtrenſibus vtilis armis.
Vtilis & paci: Quos inter laude vehendus

Nicolaus vixit anno 1469.

Eſt mihi Nicoleos præſtans pietatis amore
Namq; quater ſeptem generoſi corporis, atq;
Inſignes annis, ac robore, fortibus auſis
Militiæ partos, ſacros donauit in vſus
Largos equos, oſtro pariter phalerisq; ſuperbos.
Compar auo pronepos & nomine & indole laudisq;
Aemulus antiquæ, florenti ætate, tribunus
Militiæ duros didicit tolerare labores,
Territa quo Danicæ trepidabant tempore gentis,
Inuictasq; manus Cimbrorum celſa Lubecæ
Mœnia, cum iuſte ſceptris exutus auitis
Et reditum tentans Chriſtiernus bella moueret.
Experta eſt qualis, quantusque pateret in arma
Gallia. ſenſerunt Belgæ quo turbine Martem
Maiorum ſtimulis actus, famaque, cieret
Hic quoque Schacconis genus aſpice, prole beatum
Henricum gemina: Quos inter bella Iohannes

Henricus filius Scacconis vixit 1469. Iohannes obijt 1485.

Exoſus, pacem coluit, doctasq; ſecutus
Mujorum partes, ſtudijs delebile nunquam
Quæſiuit nomen: pro rege Otho dura pericla.
Non fugiens, auide laudem quæſiuit, auitum
Ad decus aſpirans, & magna exempla ſecutus

Otho.

Auxit aui famam, & ſuſpendit poſtibus arma.
Intuitu quorum virtutis amore nepotes
Accenſi factis certent ſuperare parentes
Illa vt antiquam virtutem animosque viriles
Hortari poſſent, lumenque minoribus eſſe.
Fulgentis conum galeæ auratumq; mucronem
Caſtraque, quæ late circum complectitur aurum
Ornamenta equitis, veterum teſtantia famam
Hic genus arce virum, regum cura, atq; voluptas

Ingreſſi.

Ingreditur, patris ſpes deliciæq́; Iohannis
Caſparus heroum ſoboles, quo floruit aula — Caſparus Hanſij filius dominus in Schmol obijt 1561. ætat. 77.
Florente Inde pares illi ſex ordine fratres
Sub quibus Holſatiæ tellus, regnumq́; vigebat
Conſilijs Danicum, ferriquè licentia preſſa eſt.
Melchior ante ſuum, quem non virtutis egentem — Melchior obijt A. C. 1539.
Abſtulit atra dies, tempus: quando integer æui
Sanguis adhuc ſolidòque ſuo cum ſanguine vires
Starent, ante annos animum mentemq́; virilem
Firmatam ingenio, ſtudijs, lege, artibus, vſu,
Cùm gereret: Primo ſublatum vere iuuentæ
Rex doluit, grauiterque fremens: Heu quanta ruina
Regni facta mei eſt: Hoc funere gemma coronæ
Eſt euulſa meæ: nihil illo funere lætum eſt.
Haud ſecus ac rutilo incluſus carbunculus auro
Luce repercuſſus, radijs ferit æthera ſolis:
Sic dabat excellens in primo flore iuuentæ
Melchior hic ſpecimen de ſe virtutis auitæ
Oſſaq́; nunc ſeruat buſtum, cineresq́; ſepultos,
Haffnia quo Danico confert inſignia Regi
Sceptra loco, pomum, gladium, ex auroq́; coronam
Ille quis eſt, inquam, cuius tegit inſula crinis,
Inſignis mitraq́; pedòque, apicèmque decorus?
Ipſe ſub hæc: Noſco vittas, ſacrumque tiaram,
Balthaſari, præſul ſiquidem fuit ipſe Lubecæ.
Hunc ſibi Relligio, cuſtos fidiſsima cœli, — Balthazarus Epiſcopus Lubecenſis per undecim annos obijt A. C. 1547. ætat. 49.
Legerat, & ſancto pietas in pectore ſedem
Fixerat, & caſtæ, doctorum numina, Muſæ:
Cura illi ritus ſacrorum, araſq́; tueri.
Salue magne parens, ſalue decus addite diuis,
Inclyta Ranzouiæ laus, gentis gloria, regni.
Non te ingratæ hominum mentes flexere odiumuè.
Nec vires animi fregit cuſtodia, captus
Debita naturæ quòd ſoluis, funere fœlix
Magnanimo, culpaq́; carente & crimine fœdo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Neſcia libertas fortunæ cedere vanis
Ludibrijs: ſeruit: quisquis ſuccumbit ijſdem.
Quaſtus agens equitum turmas peditumq; cohortes

Breido Vicarius Regius in Holſatia præpoſitus Pretzenſis dominus in Bolgenſtede et Rethvviſch obijt Anno 1562. ætatis 56.

In Friſios Breido, (Friſios quos ſemper Erynnys
Atraq; bilis agit) Marte aduerſantes, ſiniſtris
Augurijs pugnans, victori deditur hoſti.
Dum renuit nullos pro libertate, bonoq;
Communi caſus, & regem ulciſcitur armis
Poſt iterum infauſto eſt Mauortis ſidere captus.
Infandi ſeruat monumenta Fionia caſus,
Vſque adeo incertis dubius Mars paßibus errat.

Henricus filius Hanſij obijt A. C. 1561. ætat. 63.

Proximus huic ducis Henricus non infima Adolphi
Gloria, Conſilijs habitus non futilis autor,

Sigfridus.

Nec diſpar reliquis Sifridus fratribus, aulæ
Holſatiæ lumen, cuius cuſtodia curæ
Credita Vimariæ, quam iure & legibus æquis
Frenaret præſes, iura omnibus æqua miniſtrans

Ortho vltimus filius Hanſij qui obijt Anno Domini 1585 24 Decemb. ætat. 80. Domjnus in Ranzovv.

Hinc Otho cui canis certè veneranda ſenectus
Contigit: Hic autem proprio de ſtemmate dicta
Prædia poſſedit, fugiensq; negotia Regum
Publica, dum vixit, ſibi vixit ſuauiter, atq;
Venturæ incendit famæ dulcedine natos
Dixerat & generis ſplendorem resq; ſtupentem,
Protrahit in tumulum, longo ordine cuncta videre
Vnde queam, & pictos heroum diſcere vultus.
Nunc age Godſchalci Sobolem, ſeu frater Othonis
Seu patruelis erat, fama eſt obſcurior annis,

Godſchalcus vixit anno 1399 ætat. 53. Dominus in Nienhaue. Godſch. II. vixit 1469. A. C. ætat. 63.

Nec norant artes noſtri, ſed prælia norant,
Expediam dictis, & te facta ampla docebo
Godſchalcus patria, Cimbris, maioribus, ortus.
Dignus erat, ſtirpisq; ſecundæ conditor, aulæ
Conſpicuus proceres inter, fidumq; ſenatum
Slesuici ducis, eximij pietate, Gerardi.
Huic ſubijt, patri cognominis, indolis altæ
Filius, infandas quo tempore caſibus acti,
Holſati proceres coire in fœdera, ne quã.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Vlla manus ſeſe, neu vis attolleret, eſſet
Omnibus una ſalus, unum & commune periclum
Hinc quia Ditmarſi, gens armis nata, rebelles
Arma intentabant crescentes cladibus: inde
Hamburgi Albiacis confinia mœnia ripis,
Brunſuigijquè duces, & fraude inuadere terram
Regius Holſatiam frater tentabat, & agris
Vndiq; gliſcebant bellorum incendia cunctis.
Ranzouidum de gente ter octo dedere, ſimulq́;
Accepere fidem ſeruandi fœderis, omnes
Præſtantes animis, clari virtutibus omnes.
Hic paribus Regi figit veſtigia curis,
Cognitus in rebus, Friderico Antonius arctis.
Quo nec conſilijs melior nec amantior æqui
Spectatusue animo magis: hæc ex parte ſtruente
Inſidias ſceptris Chriſtierno, & bella ſerente
Clam noua: parte alia ſuſpectus fraude Suëcis.
Quos viuos, illinc amor, hinc ſubiectio, regi
Debita iungebant, fatum coniunxit eodem
Mosque anno, placida compoſtum vtrumq; quiete.
Defuncti Regis tenet vrbs Slesuiga ſepulchrum
Atq; loco ſeruat cineres ac oſſa decenti:
Hunc Veſtſeha tenet poſt vltima fata: Beatus
Ille, cui ſimilem pietatis amore, fidèque
Reſtituente homines cœlo, vix noſtra tulerunt
Tempora, vixque dabunt felix dulciq; nepote.
Patria ſub cuius ſceptris, in pace, piaque
Relligione viget, cui ſe gens aſpera cultu
Atq; inuicta prius ſubmiſit, iuſtaq́; adorat
Imperia, & fauſto læta eſt ſe numine victam.
Hic ſobolem ferri ſua per veſtigia gaudet.
Godſchalcum, cuius Daniæ fidiſſima regi
Pectora, conſiliumq́; in rebus ſæpe probatum eſt
Ambiguis, ſolersq; animus, cupidusque pericli.
Et nonies ſeptem (magnis heroibus, ille

Antonius, filius Godſchalci II. obijt anno 1522. Anno ætatis 63. quo & pater & auus Fuit quondam dominus in Nienhoue & Vvammendorp.

Godſchalcus obijt A. C. 1564. & ætat. 63. dominus in Nienhaue & Vvanmendorff.

Daniel ſummus contra Suecum belli dux expirauit ante vuarburgum globo ictus.

Terminus eſt) annis magna cum laude peractis
Aſtra adijt, res terrenas curàsque relinquens.
Aſpice vt inſignis ſpolijs & victor ab hoſte
Ingreditur Sueco Daniel: iuuenilibus annis
Cæſare ſub Carolo duram tolerare magiſtro
Militiam & graue Martis opus, & cernere facta
Aſſuetus, quæ mox imitando expreſſit & ipſe.
Huius victa rei eſt verax Dithmarſia teſtis
Quæ quamuis ſit diues agris, gignatq́ꝫ feroces
Naturas hominum, paſſimq́ꝫ paludibus eſſe
Se tutam ſperet: quamuis defenderit auſis
Fortibus indigenas, libertatemq́ꝫ ſuorum
Paſcua, rura, agros per bis duo ſecuta, nulla
Quiuerit ac hominum prorſus virtute domari,
Non tamen Holſatici vim belli robur & arma
Suſtinuit, ſed victa manus ſupplexq́ꝫ tetendit
Holſaticis ducibus pariter pacèmque rogauit
Nam ſuus imperijs populisq́ꝫ eſt terminus, isq́ꝫ
Pendet ab arbitrio Domini qui cuncta gubernat.
Tum verò cum victa fuit Dithmarſia bello
Duxit ritè duas, equitum per rura cohortes
Hic Daniel, ſtuduitque ſuis acquirere laudem.
Iamq́ꝫ fides toti regno, virtusq́ꝫ patebat:
Poſt varios hauſtos terràque mariq́ꝫ labores
Intrepidus pro Rege ſuo, patriæq́ꝫ ſalute
Dux belli, ſtatuit certa pro morte paciſci
Immortale decus, famàmque parare perennem.
Quantos ille virum victor proſtrauit aceruos,
Et quotiens abiens animoſa in prælia fudit,
Millia multa manu parua, ceu territa quondam
Ceruorum trepidant viſo agmina longa leone:
Roboris inuicti monumenta æterna tenebit
Aſtorfheida, ducis tanti inſignita trophæis.
Mittet & ad ſeros famam, nomènque nepotes.
Quam iuxta, ſitiens laudis, contemptor & huius

Lucis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Lucis, in arma ruens, viginti millia fudit
Sexq; , duo cum bis ductaret millia tantum.
Qualis ab Oceano rutilantia ſidera Orion
Producit clauáque minax atq; arduus altis
Seſe humeris infert, ſtellis candentibus aptus
Hinc atq; hinc nitida glomerantur luce minores
Ordine conſpicuæ ſtellæ: non ſegnior ibat
Patria ſi quando, vel regis iuſſa vocarent,
Terribilem quatiens infractis viribus haſtam
Armáque concutiens longè fulgentia ſignis
Auratasque tubas, violentiq; ora leonis.
Heu miſeros hominum caſus, ſortémque dolendam,
Dij male, qui primus tormenta imitantia fulmen
Repperit atq; globos: quo totus concitus æther
Aere tonat: Nullus ſeſe illi impune tuliſſet
Obuius, enſe ſuas partes, haſtáque gerente:
Machina ſed volucres emittens ærea glandes.
Cui conferre manum virtus non auſa, peremit.
Tempore quo longa Rex obſidione premebat
VVarburgum, vallo tutum, murisq; ſat amplis
Et numero, Martis qui tractant arma, virorum
Nulla quidem Soboles illi, ſimulacráque nulla
Corporis: at nullis unquam pereuntia ſeclis
Geſta manent, animi ſoboles, & gloria celſum
Sublimis feriens illuſtri vertice cœlum
Pro mille eſt natis, & mille nepotibus, illic
Finibus anguſtis quis corpus & oſſa tenentur.
Impatiens claudi, toto ſeſe explicat orbe.
Aequa fuit magnis facundia rebus & ora
Aequabat grauitas, animi prudentia famam
Hunc iuxta gemini fratres. Antonius æuo
Grandior educit binos, ni fata repugnent,
Spem generis, natos: patrui cognomine dictus,
Petri fraternis thalamis, ſponſáque potiti
Filius, ad laudis vera contendit honorem.

Daniel occu-
buit A. D.
1560. 11. die
Nouemb. æ-
tat. fere 40.

Antonius fi-
lius Godſch.
natus A. C.
1532.
Petrus domi
nus in Tro-
ieburg &
Vvolde-
horn. natus
A. C. 1538.

Hinc

Hinc iteram multos demiſſa propago per annos:

Caius Domi-nus caſtri Crammen-dic qui di-miſionem or-dinauit in-ter Comites Holſatiæ ac Stormariæ A. C. 1397.

Caius hic eſt, à quo deſcendit origine longa
Tertia ſtirps, tellus cui ſorte fauente paluſtris
Izehoæ vicina data eſt, hac conditur æde:
Sic ait, & diuo monſtrabat fana dicata
Qui crati impoſitus, tetrum fumum inter & ignes
Infandos Decij riſit tormenta Tyranni,
Iuxta aram triadi Sacram, Cui cura tueri
Nobile pacis opus, quo non præſtantius ullum eſt.

Breido qui obijt 1440.

Caium ſubſequitur Breido patre dignus, auiſq́;
Ac ſecum, ſenſim ne ſtirps intercidat iſta

Petrus vixit anno 1480.

Egregiam ducit ſobolem bona Petrus auita
Poſſedit, placida vitamq́; in pace peregit.

Bartholdus præpoſitus Hadelerien-ſis & Canoni-cus Bremen-ſis, obijt 1459.

Ille autem magnorum haud unquam indignus auorū
Bartholdus, cui ſi licuiſſet longius auras
Ducere, purpurea velatus tempora vita
Inſigniſque pedo ſacro, caput ipſe fuiſſet
Relligioſorum factus, quîs cura ſacrorum
Et pietas commiſſa fuit, rituſq́; colendi
Numinis, ad ripas, pleno quas amne viſurgis
Alluit: hunc talem ſed nobis fata negarunt
Dura virum: Tandem mors noſtri eſt meta laboris.

Henricus mortuus an-no 1497.

His frater ſtirpis ſpes una à ſanguine Cai
Demiſſæ, generis natus fulcire ruinam
Henricus, Quantum trahit agmen pone nepotum
Felix prole ſua: quantis ſe viribus infert?
En horum auſpicijs ſeptem ſubiecta trioni
Terra caput ſublime inter caua nubila condet.
Et ſua maieſtas regi, ſceptriſq́; manebit
VVoldemari ſeſe nati, dulceſq́; nepotes
Oſtentant tantum, ſed ſtirps, ut frigore aduſtus
Emoritur ramus, tandem occidet arrida, ſexus
Quod melioris eget hærede. Thoroq́; potita
Metta Reuentlauio, thalame ſine pignore vita
Excedens, donis opulentas reddidit aras.

Izehoa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Izehoæ, cineres ſeruantis, & oſſa vetuſtæ.
Ranzouidum gentis, quæ leni flumine Stora
Alluit, heroumq; animas, umbráſque ſalutat.
Virginis à partu ter ſecula quinq; ſtupendo
Tranſierant, cum Rex Daniæ fera bella Iohannes
Aduerſus mouit Dithmarſos, mente feroces.
Tunc infœlici ſunt numine, caſtra ſecuti
Holſatiæ proceres, cœnóque obſtante profundo.
Et pluuijs, nebulíſq; & facti turbine venti
Frigoreq; & foßis circumfundentibus undas
Aut periree vadis Holſati, aut vulnere cæſi
Sunt nimis indiguo: tunc & celeberrimus inter
Cæſorum iacuit proſtrata cadauera Breido. — Breido quiocisus a Dithmarsis Anno Dñ. 1500.
Cui quanquam exequias gens dira negauit, honorem
Extremum, cauſas tanti ſciat illa furoris.
Inuicti tamen eſt animi factisq; ſuperſtes
Neſcia fama mori, nullos peritura per annos.
Nobilis ira palam violentos vindicat hoſtes,
At neſcire modum vindictæ, bile furentis
Immodica & cineres, ſenſuq; carentia; fatis
Functa ſuis, contra ſæuire cadauera, dirum eſt.
Eſt aliquid tumulo ſi quis claudatur auito.
Si fortuna tamen, magnis quod ſæpe negauit
Regibus ante, neget vilem poſt funera terram.
His quibus eſt toto tumulus conſtructus in orbe
Nomine geſtarum rerum, iactura putanda eſt
Non grauis; eſt forti totus quia patria mundus,
Filius Henrici florenti ætate ſecundus
Interijt Paulus, cui curam tradidit aulæ — Paulus Marſchallus Regis Friderici mortuus 1523
Fridericus Danicæ: quo cretus caſtra ſecutus
Roſſemij Henricus turmas ductauit equeſtres
Gallia Ranzouij ne neſcia ſanguinis eſſet.
Sed medio interijt curſu virtutis in undis — A. D. 1546. ætat 28. Henricus ſuffocatus eſt unda.
Sleſuici tumulum meritus, ſub flore iuuentæ.
Caius hic eſt frater, cui bellica machina vulnus

Attulit, immanis quæ fluminis æmula, glandes
Contorquet volucres, & territat ictibus auras,
Tempore quo raptis ſe pubes vndiq; telis

Henricus Caſ filius mortuus 1553. cum ex obſidione Metenſi diſcederet.

Noſtra, tubæ ad vocem, campo oſtendebat aperto
Cum noſtris belli ſine iure, indicta nec ante
Arma moueret agris hoſtis, qua noſtra Trauenna
Oceani, curſu tardato, infunditur vndis.
Hinc oculis triſtis, terræq; ſimillimus atræ.
Henricus ſe infert, qui peſte infectus ad vrbem
Oppetijt Treuirim, quo Cæſar cinxerat anno
Obſidione Metim, primæ ſub tempore vitæ
Vuidmundi auſpicijs vaſtauerat ante Bremenſis
Arua ſoli, ſed poſt infauſto numine, Adolphi

Mauritius Caſ filius obijt Lubecæ 1572.

Turmam equitum ducens peregrina conditus vrna eſt.
En viden. vt comi frontem grauitate ſerenat
Mauricius, ſignisq; ruit fulgentibus hoſti
Obuius armato: Gothæ firmiſſima circum
Mœnia, munitas procul oſtentantia turres.
Ducit in audaces, fœlici ſidere turmam
Dithmarſos,, noſtris nimium maioribus olim
Inuictos, totosq; loci ratione, profundis

Paulus Caſ filius Lipſiæ obijt in bello Caroli V.

Et pariter foſſis nec ſæua in prælia ſegnes.
Lipſidos hîc Paulus, ſpe laudis territat vrbem
Signa, mouens, aquilam gemino referentia vultu.
Hic fugiunt hoſtes, premiturq; obſeſſa iuuentus
Hic timet inſidias Paulus. fraudesq; latentes.
Inuidêre tamen decus hoc immitia Parcæ
Numina, Ranzouidum quem caſtra fouebant
Mitia Pieridum quondam, infelicia Martis
Arma ſequebatur, ſed peſte peremptus, honore
Poſtremo Cizæ tumulatus in vrbe quieſcit
Solus adhuc fratrum vitali veſcitur aura
Detleuus, præſtans animis & pectore fido
Conſilijs, nec abeſt facundis gratia verbis.
Natus adhuc primi cui floret temporis ætas

Huc

Huc geminas nunc flecte acies, hunc Cimbrica tellus
Cuius auum reddi virtute & nomine clarum
Dum vixit, mirata fuit, nunc lumine caſſi
Exequias celebrant, poſtremi munus honoris.
Semper acerbus erit, ſignoque notabitur atro,
Semper honoratus (ſic Dij voluêre Decembris
Eſt bis ſextus, dies qui funere ſuſtulit atro
Tantum heroa virens, qui primo vere iuuentæ
Trans mare vela dedit, priſcorum more parentum
Vrbem quò ſanctam Solymam Chriſtique ſepulchrum,
Multa ferens terris, & ponto plurima, adiret
Nobilis & redijt gladio & calcaribus aureis.
Tempore quo fuſo Selymus Campſone, ſubegit
Aegyptum, Syriæq; ſolum, Iudaicaq; arua:
Continuus placidæ ſortis ſucceſſibus vſus,
Quam celeri facili leuiter rota turbine verſat:
Idem etiam Danicis urgebat mœnia ſignis,
Promptus obire vices belli quaſcunq; Lubecæ
Cernis & hic ſumptis quantus ſeſe inferat armis,
Qua binaris veteres tutatur Iutia Cimbros,
Terrorem Italiæ Cimbros, gentisq; togatæ.
Agricolæ inſtantem fugiunt, quos cæcus ad arma
Triſtibile furor, rabiesq; coegerat: Idem
Nauarchum ferro domuit, captumq; peremit,
Demens, qui regis temere affectabat honorem
Pro remo captans ſceptrum, pro puppe coronam:
Hafnia bis ſenſit, quantum volitarit in armis.
Aeternæ famam virtutis Scania ſeruat,
Scania quæ captum vidit non iuſta mouentem
Bella Seuerinum: Talis manet exitus illos
Qui capiunt prauis ducti rationibus arma.
Tuq; olim heu noſtris nimium Dithmarſia votis
Inuida, quæ noſtro maduiſti ſæpe cruore,
Tandem victa manus hoc tu ductore dediſti
Nec minus aptus erat paci, ne longius iret.

D. Iohannes Srium Danæ Regum ſummus bellorum duxmortuus A. 5. 1565. 5a. Decemb.

Mars, inteſtinus & ne concurreret armis,
Regem inter Daniæ, teq́ invictiſſime Cæſar
Carole perpetuæ ſanciuit fœdera pacis.
Nunc etiam humanis poſt fata nouiſſima rebus
Exemptus, placida compoſtus ſede quieſcit.
Curſu quem dederat, fortuna Deusq́ peracto
Et ferri prolem ſua per veſtigia gaudet
At viden' ut mœſti ſtent circum funus amici?
Agnatiq́, annis, meritis, canisq́ verendis
Illuſtres, mœſti ingentt ſubiere pheretro,
Robur enim Holſaticæ pubis, viridisq́ iuuentæ
Militat ad Gotham auſpicijs ductoris Adolphi.
Hac parui faculas geſtant, de more, nepotes
Pullati, pepli que in terga ex ſyndone pendent.
Hîc matrum lugent turbæ, innuptæq́ puellæ
Lectæ omnes, caſtis dignæque parentibus omnes
Paulus Iohannis F. legatus ducis Adolphi in Belgico obiit Anno 1579
Et quis te tacitum Paule indictumq́ relinquat
Paule tui lumen generis, ducis incliti Adolphi,
Pondera cui rerum, & curas credebat, Achates
Vt Leo qui prædæ multa vi feruidus inſtat.
Ereptæ, nunc hoc aditus, nunc circuit illos,
In mediosque furens ira delabitur hoſtes:
Sic & ad hoſtilem, Metius quam condidit, urbem
Signa mouet, varioque aſſultu mœnibus inſtat,
Sic quia, cum primi floreret temporis ætas,
Prima rudimenta, & primos exegerat annos
Sub duce, cui vitreo quærentes nata profundo
Succina, cui parent contermina rura Polonis
Poſt quod erat patrijs mens neſcia degere terris,
Segne nec in molli tempus traducere luxu,
Ad graue Martis opus, funeſtàque prælia ſeſe
Contulit, haud tergo ſed forti pectore notus
Hoſtibus: & pulchrum, ſi patria poſceret & fors
Funere quærendum nomen famamq́ putabat
Millia bina equitum dux cum ductaret Adolphus

Suppetias

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Suppetias Hiſpane ferens tibi: munus obiuit
Legati Paulus magna cum laude fideq́;:
Ecquod tempus erit, quo bella domeſtica ceſſent
Europæ proprijs affligere viribus vrbes?
Diuitijsq́; & opum, ſplendore, viriſq́; potentes
Funditus ex imis euertere ſedibus urbes
Vnumquemq́; trahit fatalis terminus, vltra
Quem prodire ſua ratione haud contigit ulli.
Atq́; hîc grandæuus (nam pone incedere vidit
Egregium forma iuuenem, ſed lumina vultu
Deiecto) hunc terris diui oſtendêre, ſuperſtes
Ne foret, inuidere, patri, generiq́;, Gerardum.
Viuere debuerat: nam dulci præditus ore
Gallica natiuo (mirum) ſeu forte iuuaret
Reddere verba ſono, ſiue Itala, ſiue placeret
Qua Cicero aduerſos ſedauit, lingua Quirites,
Promptus erat, doctaſq́; caput iuuenile per artes
Extulerat quà rura Padi, quâ Sequana radit,
Vitam illi maiuſq́; decus, dura aſtra negarunt
Terminus ille fuit vitæ. fuit illa voluntas
Cœlicolum: Bene qui vixit, ſat vixit abundè
Sat patriæ generique dedit producere vitam
Noluit ulterius Lacheſis, violentaq́; Martis
Sidera: compenſant breuitatis damna, ſecuti
Bis terni immoto veſtigia tramite fratres,
Ad laudem aſpirant, & dulcis nomina famæ
Vt flos purpureus, quem ſedula cura puellæ:
Nutrijt, & pluuiæ, riguo ſuccisus in horto
Langueſcit moriens, & formæ amittit honores:
Hic vis hic eſt, tibi quem laudari ſæpius audis,
Heroum ſoboles in cuius pectore ſedem
Diſcordes olim, concordes tempore noſtro
Fixerunt, Mars bellator, ſtudijsque Mineruæ
Præſes: gaudentes ſtabili nunc fœdere: nequis
Auſoniæ quos terra viros dedit atq́; Pelasga,

Paulus mortuus A. D. 1579. ætat. 51

Gerardus Pauli F. interfectus anno 1560. Othoniæ, ætat fere 27.

Henricus Vicarius Regius in Holſatia ſexagenarius viuit Dominus in Bredenberg.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Hanc palmam Italiæ ereptam, doctiq; Pelasgi
Efferat & magno iactanter buccinet ore
Henricus patrijs ſat apertè vindicat oris
Siue toga, ſeu quis bello experiatur in armis.
Inferior nulli, parti ſed vtriq; paratus.
Belli idem & paci medius, partesq; tuendo
Iuſticiæ, non hanc in partem, aut pronior illam.
Haud ſecus ac æquo premitur quæ pondere libra
Non hanc attollit lancem, non deprimit illam,
Obliquis veluti circumdans flexibus orbem
Circulus, hac Libyæ incumbens, cum frigore noſtro
Infeſtat terras, cœlum medium inde ſecando
Ver tepidum profert, Borea mox verſus ad axem
Aeſtatem adducit: rurſus ſinuatus Olympum
In medium æquales in terris efficit horas.
Eius & in medio certo veſtigia greſſu
Cynthius ingreditur lato quia circulus orbe eſt:
Et niſi legitimis cauſis moueatur ad arma
Non ſatis eſſe putat tutum decernere ferro:
Hæc ratio melior, quod ſi medicina ſalutem
Mitior abnuerit, cumq; immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt, patriæ haud impendere vitam
Et conferre manus hoſti pro rege recuſat.
Sed pace, inſidijs & fraude carente doloſa,
Nil melius ducit, quia nil anguſtius illa eſt
Quod supereſt tempus, non ſegni tranſigit ipſe
Mollicie, aut ſomno, & luxu, ſed gnarus aperto
Sub Ioue, ſolerti ſiluas indagine cingit
Inſidijsque feras, curſuq; fatigat, & acri
Fertur equo, robur firmat, ſolidatq; vigorem
Corporis: Ipſa etiam nunc aduentante ſenecta,
Quandoquidem ſex luſtra ſui bis tranſigit æui,
Scilicet, ut robur ſi quando bella vocarent,
Militiæ duros poßit perferre labores:
Nam belli venatus habet ſimulacra cruenti:

Vtq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Vtq; alacris, ẽpoſito curarum pondere, ad artes
Se referat, ſapiensq; è docto pectore acuti
Ingenij producat opus. Nam condere carmen
Siue pede heroo libeat, ſeu luctibus apto,
Digna canit Muſis, & agendæ commoda vitæ.
Quæ ratio vitæ moribus venientibus obſtet.
Quæ corpus ſanum tueatur, & abdita multis
Arcano inquirit motu cœlumq́; pererrans
Aetheris affectus varios, curſusq́; recenſet.
Regius hic labor, & generoſo ſanguine dignus.
Quòque DEO proprius quis mente accedit, & ortu.
Hoc magis aſtrorum vires ſcrutatur, & alta
Aethera mente ſubit cœleſtia corpora quærens.
Quæſitum eſt multis, numerus cur ſeptimus, atq; huic
Par, nonus ſemper rebus mortalibus addant
In peius meliusuè vices, ſi duxeris in ſe
Inq́; alios: dubioq́; fuit ſub iudice cauſa,
Quos Criticos Graij dixêre annosquè diesq;.
Nemo illo melius: Qui nec mortalia curæ
Eſſe Deo negat, ex illo pendere ſed uno
Aſſerit, & firmis diſponi legibus omnîa.
Attamen immenſo luculentibus æthere ſignis
Vires eſſe ſuas, quibus inferiore vigorem
Accipiant: ne quid fieri ſine numine caſu
Fortuito, cauſas ſummo rectore regente:
Eſſe Deum, æternam mentem, quæ cuncta gubernat
Et facit, ut conſtent menſura & pondere certo
Quædam habet &, dici ſi fas, commercia diuum.
Suecia cum Danicæ bellum lacrymabile genti
Inferret, ſtringens temerè in ſua viſcera ferrum.
Cognataq́; acies. ſanguisq; propinquus vtrinq;
Sæuirent, regi ille ſuo fidiſſimus, ante
Euentum belli prædixit, pacis & autor
Quæ conſulta forent patriæ, regnoq́; monebat.
Admonitrix operum, roſeo ſpectabitis ore,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Cogebat ſtellas aurea, diemq́; ferebat.
In ſomnis illi, dudum defunctus, adeſſe
Chriſtianus Rex viſus, & hoc depromere queſtus:
Cur nunc ô proceres animos flexiſtis ad arma
Præcipites nimium: quæ ferri tanta cupido eſt?
Proijce tela manu ſanguis mens: abijce ferrum.
Ni vitam Deus & cœli mihi ſigna negaſſent,
Non paterer diri cognata in viſcera ferri
Verti aciem, ſed ſpem ſumptis ne ſegniter armis
Abijcite, auſpicijs bello fœlicibus iſti
Optatum imponent cœleſtia numina finem.
Dicta ſecuta fides nec ſomnia vana fuerunt.
Nec pretio virtus caruit. pietásque fidesq́;
Nam torquem egregium qui puro conſtitit auro
Et Danici ſeruat decus ordinis atq; politus
Arte fuit, nec pol vulgari, munus ab ipſo
Rege tulit, fidei monumentum & pignus amoris,
Holſatòsque Duces inter, Regemq́; Danorum
Quæſitas armis urbes partitus, & agros
Ditmarſos: fidei, & virtutis opinio tanta eſt.
Holſatis æquo Dithmarſi fœdere iuncti
Tranquilla florent in pace hoc præſide viuo.
Hunc mihi Dij ſeruate virum, ſeruate patronum:
Vnus enim triſtes hac tempeſtate Camœnas
Reſpicit, & vultu non dedignatur amico,
Et quantum reliquos ſuperat faſtigio honorum,
Exuperat placidi ſedatis motibus omnes
Pectoris: & comi multum grauitate ſerenat.
Haud ſecus aut ſumma cum Phœbus in abſide currit
Ingreditur lente atq; inhibet veſtigia greſſu.
Et qualis madidumq́; notum, ſeptemq́; triones
Inter agit curſus, non huic non pronior illi,
Iuſticiæ certo dictamina tramite neutram
In partem accliuis, ſequitur, manet omnibus idem.
Sit precor ille diu ſoſpes, longumq́; ſuperſit

Lætus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Lætus & annoſos vnicat viuendo parentes:
Luſtra pater vitæ bis ſeptem, & quatuor annos
Exigit, mater nouies octo attigit annos
Cuius in occaſu Vualsdorpia deſijt omnis
Stirps, olim arctois fama haud ignobilis oris)
Aut amitam, quæ ter nouies trieteridas egit
Virginitatis amans, & relligionis, honore
Functa ſacerdotis magnæ, dum Cynthius orbem
Bis decies luſtrans cœleſtia ſigna, recenſet
Franciſcus Danicæ gnarus linguæque latinæ

Franciſcus Henrici F. regius præfectus in Caſſor natus Anno 1555. die 25. Aug. hora 7. mane.

Nec Gallæ ignarus: cuſtodia littoris illi
Rege data a noſtro eſt, ubi nauibus æquora nautæ
Baltica transmittunt, & terras alluit unda
Has Selandiacas, & ab illa parte Fionas.
Prima fuit Muſis ætas addicta, Louanij
Dilia ubi irriguo vineta pererrat, & hortos
Flumine Muſarumq́; domos, Phœboq́; ſacratas.
Nec, ſeu per duros transacta iuuenta labores
Spectetur, triplicis facundiaue inclyta linguæ,
Fratre ſuo inferior Breido: ſcit Gallia quando

Breido Henrici F. regni Daniæ & præfectus inſulæ Langeland natus anno 1556 die 13. Octob. hora 19.

Sequana cum Ligeri, & Rhodanus velocior Euro,
Atq; Araris curſu tardus, qui ſanguine aucti
Imbre, cadaueribus curſum tardantibus, alueo
Exceſſere ſuo, & tanto gemuere cruore,
Digna nigris lux illa notis, vigeſima quarta
Auguſti quæ tot, præſtantia lumina Marte
Illuſtres, ſtudijsq́; viros, nil tale putantes
Suſtulit è medio. Ferro cum ſternitur hoſtis
Collataq́; manu, digna eſt victoria laude
Clam verò incautum, nec quidquam hoſtile timentem
Si ſuperas ecquid referas memorabile nomen?
Dextera ſæpe data incautos, ſanguisq́; fefellit
Communis: Facile eſt prætextu fallere amici.
O tædas nimium infauſtas, quibus autor Erynnys
Pronubaq́; Alecto, diræq́; ab ſede ſorores

Tartareæ, natis, miſeriſq; nepotibus olim
Probroſas, & ſi qui poſt naſcentur ab illis:
Pieridas primo coluit Fridericus ab æuo.
At poſtquam firmata virum iam fecerat ætas.
Martia poſthabitis placuerunt prælia Muſis,
Tempore quo Rheni bellum geſturus ad amnem,
Ille palatino Caſimirus ſanguine natus,
A Carolo ducens illuſtria ſtemmata Magno
Diues ubi gemina Romana Colonia profert
Vrbe caput, Germanum ad fortia prælia robur
Exciret, vetereſq; Vbiorum incenderet urbes.
Nunc etiam Martis ſtudijs: acerrimus armis
Manslobio comes, enſe agris hoſtilibus inſtat.
Multa tulit terris, alto æquore multa, Gerardus.

Gerardus Henrici F. Regẽ Danici præfectus in Cronenborg Canonicus Bremenſis & Lubecenſis natus A. 1558 die 16. Octo. poſt vndecimam horam minut. 30. a meridie.

Dum ſtudio mores populorum, vrbeſq; videndi,
Teutonicos emenſus agros, genteſq; pererrat.
Hungariam (ab tandem maiorum exoſſibus vltor
Exoriatur, humum hanc iuſtis qui vindicet armis,
Et flammis Scythicos, ferroq; vrgere latrones
Audeat) Hinc Daciam, Turcarum dira gementem
Seruitia, Euxini poſt mœnia ad æquoris æſtum
Regia, Threiceo miſerè ſubiecta tyranno.
Inde olim primis habitata parentibus arua,
Relligione patrum multos defenſa per annos,
Et pedibus calcata Dei loca ſancta verendis.
Inde ſalis Cyprij luſtrauit nauibus æquor.
Hinc Rhodon, & magni Iouis incunabula, Cretam.
Et Pelopis regnum, Strophadaſq;, & nobilem Vlyſſis
Naufragio Scheriam, perfuſaſq; æquoris æſtu
Adriaci ripas legit, portuque ſubiuit
Italiæ: hanc ſpacio non longo emenſus, adiuit
Gallica regna viris, armiſq; potentia, regna
Saxonicis ducibus, Francuſq; autoribus orta.
Terque Pyrenæos, imitantes nubila, montes.
Heſperiæ extremæ terras, & flumen Iborum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Eſt auſus penetrare, ſinusq; vbi pronus in æquor
Voluit aquas Tagus auriferas: pòſt Gallia portu
Acccepit, tumidoq; ambita Britania ponto.
Anglia Saxonicis quæ nunc eſt dicta colonis.
Caſibus exhauſtis varijs, & mille periclis
Iactatus terris pariter, iactatus & alto
Numine fœlici. Danicis allabitur oris
Et patriam ſoſpes, dulcesq; ſalutat amicos
Nunc Croneburgi arces & propugnacula, nequis
Inuadat patriam, mare proſpectantia, ſeruat
Et fruitur ſtudijs quæſito, lætus honore
Fraternæ Caius laudis ſubit æmulus: Annos
Quatuor addiderat ſeptem natalibus, æuo
Inuida quem rapuit, Theodorus, parca virente
Iniecitq; auidas, violentia peſte Iohanni
Arua Nicer quâ culta rigat, vinetaque Muſis
Et lautè extructas caſtis præterfluit ædes,
Poſtremo puerum ſpectas ætate tenellum
Baſiolis blandis ludentem: filius hic eſt
Franciſci ſtudio fauſtè appellatus Ericus.
Hic generis ſpes eſt. & aui, patrisque voluptas
Neſcio quid magnum, puerili ex ore relucens
Nobilitas, frontisq; vigor, vultusq; ſerenus
Et patriæ & generi heroo, promittit, auoq;.
Qui ciet heroum magnos in pectore motus.
Ille Deus puerum longinqua in ſecula ſeruet
Neſtoreos fœlix vitam ut producat in annos
Hæc ait & tenues abire vel funus in auras
Somnia, me verò ſolitos iterare labores
Admonitrix aurora operum, Phœbusq;, iubebant.

Caſus Henrici F. præpoſitus & Canonicus Hamburgenſis natus 1562. 9. die Aug hora 6. minut. 12. poſt meridie. Theodorus Henrici F. obijt 1572. 27 Iunij. Iohannes Henrici F. mortuus 1582 17. Octob. Ericus natus A. C. 1585. 29. Auguſti in Fionia in Areſcho arce Roſencranzi orum.

Epitaphium

EPITAPHIVM FRIDERICI RANzouij in oppidulo Galliæ Couleuure apud Bituringes ſepulti, quem pater Henricus Ranzouius, antea in oppido Lotharingiæ Nanzij humatum iripuitarat, Lutetiæ Pariſiorum factum Anno Chriſtiano M. D. LXXXVIII.

FRIDERICVS RANZOVIVS HOLSATVS.
Patre natus nobiliſsimo atque ampliſsimo viro
HENRICO RANZOVIO
Sereniſsimi Daniæ Regis
Conſiliario, & in Holſatio Legato
Domino hæreditario in Breidenburg & Drackenburg
Patris nempe fortiſsimi gemina virtute filius.
Familiæ columen, patriæ lumen
Equitum ſub Comite Baſſonpierro Magiſter
Dum ſecunda Chriſtianiſsimo regi Galliarum ſtipendia meret.
Et fugatis hoſtibus rariori comitatu caſtris longius abſcedit
Naturæ debitum latronum ſceleri perſoluit,
Et mortalis corporis mortales exuuias, cum ſtola cœleſti commutauit
Eas per Magiſtratum horum locorum honorifice collectus
Et poſtea à nobiliſsimo Viro Andrea Pleſsio cognato cognitas
Mœrentes amici huic tumulo mandauêre.

Patria procul, patre procul
Procul ſepulchris paternis:
An hoc ille infelicior?
Non eſt, non eſt viator

Cur?

Fortibus & pijs omne ſolum
Vt patria eſt, ita ſepulchrum.
Et hoc ſi didiciſti.

Viator, Abi.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]

3505.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3505 4° [45,-190]